A. D. 1400, ind. VIII, die dominico XIII iunii; actum in Villa Zavraye Dioecesis Concordiensis, in tegete mansi Ser Filippi de Fagagna recti et habitati per Petrum q. Dominici de ipsa Villa, presentibus circumspectis et providis viris Squarino q. Ser Albrici Squarre de Portugruario, Filippo q. Ser Nicolai de Atems, Vidone q. Martini de Miris testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis et aliis pluribus.

Nobilis vir Ser Johannes Franciscus filius q. Ser Henrici de Zoppula pro se et eius heredibus dedit, tradidit et permutavit in perpetuum iure recti et legalis feudi Nobili viro D. Henrico filio q. D. Ulvini de Valvasono stipulanti et recipienti pro se et nomine suo ac vice ~~iure recti et legalis feudi~~ et nomine Nobilium DD. Odorici, Antonii, Nicolai et Johannis fratrum suorum et filiorum quondam (written above the line) prefati D. Ulvini de Valvasono et heredum suorum aut cui ius suum dare voluerint pro parte una atque Nobili iuveni D. Johanni filio q. D. Simonis de Valvasono stipulanti et recipienti pro se et nomine suo ac vice et nomine Nobilium DD. Bartholomei, Antonii et Rizardi fratrum suorum pupillorum et filiorum quondam prefati D. Simonis de Valvasono et heredum suorum aut cui ius suum dare voluerint pro

parte secunda, nec non prefatis DD. Henrico et Johanni de Valvesono stip. ementi et recipienti vice ac nomine egregii Militis D. Rizardi q. D. Henrici de Valvesono et eius heredum vel cui ius suum dare voluerint pro parte tertia, medietatem unam Turris case de Zopula quam ipse Ser Jo. Franciscus habet seu habebat pro indiviso cum nobili viro D. Francisco filio q. D. Nicolai de Prodolono: item domum unam partim muratam et partim asseribus clausam et paleis coopertam sitam in dicto Castro Zopule: item unum suum ortum situm in ipso Castro eidem domui adherentem et totam partem suam ipsius Castri de Zopula cum omnibus et singulis iuribus, actionibus et iurisdictionibus et dominiis que et quas idem Ser Jo. Franciscus de Zopula habet vel habebat seu habere poterat in dicto Castro Zopule tam pro diviso quam pro indiviso cum prefato D. Francisco de Prodolono in dicto burgo: item medietatem unam unius molendini siti infra prope Zopulam: item medietatem unam unius fornacis site prope villam Zopule versus Medunam: item medietatem unam cuiusdam edificii seu poste unius sece site supra aquam Zopulete eundo de Zopula ad Portumnaonem, quod molendinum, quam fornacem et quam postam sece idem Ser Jo. Franciscus de Zopula habet seu habebat pro indiviso cum prefato

D. Francisco de Prodolono: item quoddam suum doneale situm prope
foveas Zopule rectum et laboratum per Venutum Zopulati de vil
la Zopule cum quinque pratis suis sitis in pertinenciis ipsius ville
de Zopula usufructuatis per dictum Venutum Zopulati: Item
quoddam suum ortale situm in villa Zopule rectum per Ven
tum fabrum de ipsa villa, pro quo solvit annuatim iure simplicis
fictis in crastinum nativitatis Domini libras quatuor soldorum,
spatulam porcinam unam et galinam unam: item quoddam suum
Ortale situm in villa Zopule rectum per Conradum cerdonem de
Zopula, pro quo solvit annuatim in crastinum dicte Nativitatis
Domini iure simplicis fictis denarios LX, spatulam porcinam unam
et galinam unam: item unum suum ortum situm in villa Zo
pule rectum per Danielem q. Artici de dicta villa Zopule pro quo
solvit annuatim iure simplicis fictis soldos XXVIII: item quoddam
suam responsionem livelli perpetualis libre unius piperis annua
tim solvende in crastinum dicte Nativitatis Domini per Nicolaum
fabrum de dicta villa Zopule supra quodam ortale ipsius Nicolai
sito in dicta villa Zopule: Item omne ius actionem et petitionem
quod et quas idem D. Jo. Franciscus de Zopula habet vel habebat

per medietatem et pro indiviso cum prefato D. Francisco de Pro
dolono in munitionibus dicte Turris et dicti Castri de Zapula, vide
licet in duabus bombardis, in duobus vaselis plenis pulvere de
bombardis, in duabus capsis plenis carretonis, in quadam fune
de turri et in certis aliis ferramentis existentibus pro munitione
ipsius Turris, Castri et loci de Zapula deputatis, cum omnibus
et singulis iuribus et pertinenciis dictarum rerum datarum et
permutatarum cum accessibus et egressibus suis, introitibus, exi
tibus atque viis suis, piscationibus, aluvionibus, aquis, aqua
rum ductibus, edificiis ac omnibus aliis que habent supra se
intra se et infra in integrum, omnibusque aliis iuribus, actioni
bus, usibus, requisitionibus, servitutibus, dominiis, honoribus,
commodis et utilitatibus ad ipsas res datas et permutatas seu
ad ipsum Ser Jo. Franciscum dantem et permutantem pro
eis et ex eis a celo usque ad abissum integre spectantibus
et pertinentibus quoquomodo tam de iure quam de facto,
ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum, alie
nandum, permutandum, obligandum, in solutum dandum
pro anima vel corpore iudicandum et quicquid prefato D.
Rigando Militi de Valvisono eiusque heredibus vel cui ius suum

dare voluerit pro parte una prefato D. Henrico et dictis his fratri-
bus de Valvesono et eorum heredibus vel cui etc. pro parte se-
cunda ac prefato D. Johanni et dictis eius fratribus de Valvesono
et eorum heredibus vel cui etc. pro parte tercia de dictis rebus
sibi a dicto Ser Jo. Francisco de Zopula datis et permutatis
vel de parte ipsarum vel de earum aliquibus iuribus deinceps
perpetuo placuerit faciendum sine condicione eiusdem Ser Jo.
Francisci eiusque heredum vel alterius cuiuscumque persone
serviendo tamen Sancte Ecclesie Aquilegensi seu Patriarche eiusdem
Ecclesie qui pro tempore fuerit cum equite uno et dimidio de mi-
litia pro dicto feudo videlicet pro dicta medietate Castri et
Burgi de Zopula data et permutata secundum quod alii No-
biles de Patria feudatarii eiusdem Ecclesie Aquilegensis serviant
et servire sunt consueti. Et has res superius declaratas datas
et permutatas dictus Ser Jo. Franciscus de Zopula dedit et permu-
tavit prefatis DD. Henrico et Johanni de Valvesono pro se et nomi-
nibus quibus supra stipulantibus nominatim pro domo una murata,
solerata et cuppis cooperta sita in burgo inferiori de Valvesono
cuius tales dicuntur esse confines, a b oriente est via publica,
a meridie est domus una Scodelarii de Castiglono, ab occidente
est quoddam sedimen adherens et connexum domui dicti presbiteri
Bonitatis que nunc est prefati D. Henrici et fratrum eius predictorum

de Valvasone et a septentrione est quedam alia via publi=
ca et comunis vel alii si qui forent veriores confines. Item
pro mansis infrascriptis, scilicet pro manso uno sito in villa
Casarse et pertinenciis eius, recto et habitato per Jacobum a Fos
sato de ipsa villa: item pro mansis duobus sitis in villa S. Jo=
hannis de Casarsa et pertinenciis eius, quorum duorum mansorum
unus est recto et habitatus est per Aulivacium generum
olim Sabadini de ipsa villa, alius vero per Johannem de ipsa
villa S. Johannis: item pro duobus mansis sitis in villa Savorgna
ni prope S. Vitum et pertinenciis ipsius ville, quorum duorum man=
sorum unus est rectus et habitatus per Jacobum q. Savorgnani, alius
vero per Jacobum vocatum Veglaja de ipsa villa Savorgnani;
item pro manso uno sito in villa Bagnarole et pertinenciis eius recto
per Danielem de ipsa villa: item pro quatuor mansis sitis in villa
Azani et pertinenciis eius, quorum unus regitur per Andream, secundus
per Antonium, tercius per Bertolucium molendinarium et quartus
per fratrem ipsius Bertolucii omnes de ipsa villa Azani: item pro
uno manso sito in villa de Tesis et pertinenciis eius recto per Victorem et
per Vivarium de ipsa villa: item pro uno manso sito in villa Arbe

et pertinenciis eius recto et habitato per Bartholomeum de
ipsa villa: item pro medietate unius mansi siti in villa Se-
deglani et pertinenciis eius, recta et habitata per uxorem quondam
Stefani Peloati de ipsa villa: item pro uno manso sito in villa
Sancti Vidoti et pertinenciis eius recto et habitato per ~~Fratrem et~~ Dominicum
de ipsa villa: item pro uno manso in villa de Glutis et pertinen-
~~pertinentium de ipsa villa: item pro~~
ciis eius recto et habitato per Antonium et per Franciscum de ipsa
villa: item pro uno ~~manso~~ bono sito in villa Galeriani et pertinenciis eius
recto per Franciscum de ipsa villa: item pro quadam decima
mansorum trium cum dimidio sitorum in villa Presenani
et pertinenciis eius, quorum unus est rectus et habitatus per
Flumianum q. Natoati de ipsa villa et solvit annuatim
de decima afitata staria duo frumenti, staria duo milei et
staria duo surgi: alius mansus rectus et habitatus per Albunum q.
Lisignoli de ipsa villa et solvit annuatim de decima afitata sta-
ria frumenti duo, milei duo et surgi duo: medius mansus rectus per
Danielem q. Vigilardi ~~[illegible]~~ de ipsa villa et solvit annuatim de decima
afitata starium frumenti unum, milei unum et surgi unum: alius
medius mansus regitur per Filippinum de ipsa villa et solvit annuatim
de decima afitata, starium frumenti unum, milei unum et surgi
unum et alius medius mansus regitur per Nicolaum q. Mustelli de ipsa villa

et solvit annuatim de decima affitata starium frumenti unum milei unum et surgi unum. Quam domum cum mansis, bonis et decima supradictis ipse D. Henricus de Valvesono pro se et nominatis fratribus suis ac eorum heredibus, pro quibus fratribus suis ipse D. Henricus promisit, stetit et se de rato habendo solempniter obligavit, ac dictus D. Johannes de Valvesono pro se et fratribus eius prenominatis et eorum heredibus, pro quibus fratribus suis ipse D. Johannes primum stetit et se solempniter obligavit de ratihabitione, nec non et prefati DD. Henricus et Johannes de Valvesono tam pro se et nominibus quibus supra quam vice ac nomine prelibati D. Rizardi de Valvesono et eius heredum pro quo ipsi DD. Henricus et Johannes primum steterunt et se in solidum de ratihabitione solempniter obligaverunt, dederunt in perpetuum et tradiderunt et in cambium permutaverunt dicto Ser Jo. Francisco de Sopula stipulanti et recipienti pro se et suis heredibus vel cui etc. hoc est dictam domum iure livelli perpetualis solvendo pro ea annuatim in festo S. Jacobi vel octo diebus post, quartas tres frumenti supraf atis DD. de Valvesono et dictos mansos, decimam seu bona iure proprii, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis ac cum omnibus et singulis que habent supra se et infra in integrum et cum sediminibus

ac domibus dictorum mansorum seu bonorum predictorum prout premittitur in cambium datorum et permutatorum eorumque areis, curiis, ortis, bayarziis, braidis, campis, pratis terris cultis et incultis, silvis, nemoribus, venationibus, aluvionibus, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, paludibus pasculis, comugnis, dominiis, garritis, ingressibus, egressibus, viis, semitis et fossatis omnibusque aliis iuribus, actionibus, iuribus, requisitionibus, servitutibus et honoribus, comodis, utilitatibus dictis domui, mansis et decime seu bonis in cambium datis et permutatis seu ad ipsos DD. de Valvesono datis dantes et in cambium permutantes pro eis sive ex eis a celo usque in abissum quomodolibet spectantibus et pertinentibus tam de iure quam de facto: ad habendum, tenendum, possidendum, dandum etc et quicquid eidem ser Jo. Francisco de Zopula suisque heredibus de dictis domo, mansis, decima atque bonis sibi datis et in cambium permutatis vel de parte ipsorum vel eorum aliquo iure deinceps perpetuo placuerit faciendum hec conditiones prefatorum DD. de Valvesono eorumque heredum vel alterius alicuius persone, declarantes, affirmantes et sic stantes prefati DD. Henricus et Johannes de Valvesono pro se et nominibus quibus supra

dicto Ser Jo. Francisco de Zopula stipulanti pro se etc quod dicti man-
si, decime et bona predicta per eos eidem data et in cambium
permutata vel aliqua eorumdem bonorum sive mansorum non
subiecta sunt ad solvendum alicui persone aliquod iuris capi-
tazium vel aliquod aliud onus, quam decimam tantum si forte
decimam ipsam pro eis vel eorum aliquibus solvi esset suetum
aut solvi debet de iure: insuper tenentesque prefati DD. Henricus
et Johannes de Valvesono pro se et nominibus quibus supra parte
ex una et dictus Ser Jo. Franciscus de Zopula ex altera et una-
quaque ipsarum partium vicissim sibi una vice et pro una non alterius
dictas res a se datas et permutatas possidere usque quo unaqueque
partium earumdem de ipsis rebus sibi ab altera datis et permu-
tatis tenutam et possessionem acceperit corporalem quam acci-
piendi et in se auctoritate propria retinendi licenciam sibi invi-
cem omnimodam contulerunt atque dederunt. Promittentesque
ipse partes pro se et eorum heredibus ac nominibus quibus supra
sibi ad invicem videlicet prefati DD. Henricus et Johannes de
Valvesono se in solidum obligantes pro se et eorum heredes ac no-
minibus quibus supra dicto Ser Jo. Francisco de Zopula stipulanti
et recipienti pro se etc et versa vice idem Ser Jo. Franciscus de

Zopula pro se et eius heredes eisdem DD. Henrico et Johanni de Valvessono stipulantibus et recipientibus pro se et nominibus quibus supra vicissim solempni stipulatione hinc inde intervenientibus ac iurantes corporaliter ad sancta Dei evangelia manutactis sacris Scripturis et specialiter prefati D. Johannes de Valvessono et Ser Jo. Franciscus de Zopula, quia minores erant xxv annorum maiores tamen xiv, litem, questionem vel controversiam aliquam de dictis rebus ad se datis et permutatis vel earum aliqua alteri vel eius heredibus ullo tempore non inferre nec inferenti consentire sed res ipsas datas et permutatas una pars alteri et eius heredum et altera uni et eius heredum ad invicem in iure legitime defendere, distrigare, varentare, auctorizare et in solidum manutenere ab omnibus et singulis hominibus, collegiis, universitatibus, comunitatibus, ecclesiis et personis, atque predictam dationem, traditionem, permutationem omniaque et singula in hoc instrumento contenta perpetuo firma, rata et grata habere, tenere, adimplere, attendere et plenius observare numquamque contrafacere, dicere vel venire per se vel alios aliqua ratione vel causa, dolo, ingenio, ingratitudine aliqua sive fraude, de iure vel de facto, nullamque restitutionem impetrare contra predicta vel aliquid predictorum pretextu dampni modici vel enormis et

ocasione minoris etatis vel alterius cuiuscumque rationis vel causae. Sub pena dupli valoris dictorum rerum datarum et permutatarum de quibus lis vel questio fieret aut moveretur secundum quod pro tempore aliquo plus valuerint aut fuerint meliorate minus quinque solidos veronenses parvorum, in singulis capitulis huius contractus stipulata et promissa, qua pena soluta vel non, praesens tamen datio, traditio et permutatio omniaque et singula in hoc contractu contenta cunctis temporibus obtineant plenum robur atque stabilem et perpetuam firmitatem. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et firmiter observandis obligaverunt dicte partes, pro se et nominibus quibus supra sibi invicem omnia sua bona etc cum reffectione dampnorum omnium et expensarum litis et extra ac interesse etc. Et sic dictus D. Jo. Franciscus de Gopula promisit prefatis DD. Henrico et Johanni de Valvesono pro se et nominibus quibus supra stipulantibus at sub pena predicta quod in unum mensem postquam fuerit requisitus dictum Feudum resignabit in manibus Rev.mi in Christo Patris et D. D. Antonii Dei gratia sancte sedis Aquilegensis dignissimi Patriarche et operam dabit bona fide sine tamen datione suorum bonorum ut ipse D. Patriarcha pro se et nomine suo et successorum suorum ac vice et nomine prelibate Ecclesie Aquilegensis prefatos DD. Rigardum militem, Henricum et Johannem de Valvesono vel alter eorundem aut cui commiserint

de ipso feudo investire dignetur. Renunciaverunt insuper dicte partes pro se et nominibus quibus supra exceptioni non sic factarum dictarum dationis, traditionis et permutationis ac promissionum supradictarum et contractus non sic celebrati ac renunciantes novarum constitutionum et epistole divi Adriani beneficio et exceptioni doli, mali, conditioni sive causa in factum actioni et omni alio legum et iuris auxilio tam canonico quam civili omnique alie exceptioni, actioni, defensioni et rei eis competentibus vel competituris quibus a premissis vel infrascriptis vel eorum aliquo se possent modo aliquo defendere vel tueri. Quibus denique sic peractis, dictus Ser Johannes Franciscus de Gezula, prefatis DD. Henrico et Johanni de Valvesono pro se et nominibus quibus supra stipulantibus, in nuncium tenute dedit et assignavit Squarinum testem suprascriptum, qui eos vel eorum alterum pro se et nominibus quibus supra stipulantes in tenutam et possessionem dictarum rerum eis ab ipso datarum et permutatarum poneret ac induceret corporaliter, et versa vice prefati DD. Henricus et Johannes de Valvesono pro se et nominibus quibus supra dicto Ser Jo. Francisco de Gezula stipulanti pro se etc. in nuncium tenute dederunt et assignaverunt me notarium infrascriptum, qui ipsum Ser Jo. Franciscum pro se etc.

stipulantem in tenutam et possessionem dictarum rerum sibi ab eisdem DD. Henrico et Iohanne de Valleffono datarum et permutatarum ponerem et inducerem corporalem. Ceterum voluerunt dicte partes et mandaverunt pro se et nominibus quibus supra duo eiusdemque tenoris ex his instrumenta fieri videlicet pro unaquaque partium earumdem cum omni melioramento et cum consilio sapientum ad plenum.

Eisdemque die loco et testibus. Cum prefatus D. Henricus de Valleffono pro se et nominatis fratribus peteret et requireret a dicto Ser Io Francisco de Zopula ducatos sexaginta (?) (321) auri nomine et occasione certe quantitatis asserum lignaminum et clavorum positarum et positorum circa coperturam turris de Zopula et occasione aliarum rerum per ipsum D. Henricum et dictos fratres eius seu per alios eorum, precibus et instantia eidem Ser Io Francisco datarum et datorum porrectarum et porrectorum tempore quo inter ipsum Ser Io Franciscum et inter Ser Franciscum de Prodolono lis, questio et differentia vertebatur nomine et occasione subsidii et subventus gentium missarum per ipsum D. Henricum et dictos fratres eius dicto Ser Io Francisco et tentarum

ipso tempore ad custodiam ipsius Ser Jo. Francisci et dicta turris ac Castri et loci de Zopula . . Tunc coram dictis testibus et me notario infrascripto, prefatus D. Henricus de Valvasono considerans grata servitia sibi et dictis fratribus suis atque consortibus suis de Valvasono per ipsum Ser Jo. Franciscum collata et in futurum conferenda, titulo et nomine pure, libere et irrevocabilis donationis que dicitur inter vivos, de certa scientia per se et nomine suo ac vice et nomine dictorum fratrum eius pro quibus ipse promisit et stetit ac de rato habendo se solemniter obligavit, dedit, donavit et remisit predicto Ser Jo. Francisco stipulanti pro se et suis heredibus omne id totum et quicquid ipse D. Henricus et dicti eius fratres ab ipso Ser Jo. Francisco petere vel requirere possent seu idem Ser Jo. Franciscus eis esset quomodolibet obligatus causis et occasionibus antedictis, faciensque idem D. Henricus pro se et nomine suo ac vice et nomine dictorum fratrum eius ac heredum suorum dicto Ser Jo. Francisco stipulanti et perpetuam finem remissionem, quietationem etc. —

quondam

Inventario del Castello di Soppola.
Melchiorre de Melchioribus nod. di Valvasone
= Sucoperta edina d'un Protocollo nell' Arch.° Vol. 11 [illegible]

1402 In Soppula supra turri et palacio

Cerveras viiii

Barbutas et bacinetos vi

Balistas XX viij sanas in maiori parte et aliqua fracta

Duo molinos pro carzando

Zenti viij in turri et j supra palacio

Tres scatulos plenos pulvere de bombarda

Bombardas tres

libre LX carnium porzi in baffis et offibus et spatulis (carne porcina)

Duos plumacios pro ussoribus turris (piumacci per letti)

Tavolacii vii et pavesii ij hominum de Valvasono

Veretonos in uno bancho. –

N. K. di Melchiore de Melchiorri notaio di Valvasone

Doppio

1399. März 8, Wien.

Ludwig und Wido Grafen von Portschill etc. verzichten den Herzogen von Österreich gegenüber auf 1860 Mark Silb. und 8000 % Berner wogegen die Herzoge ihnen auf 10 Jahre 300 fl aus den Nutzungen zu Steier anweisen

Perg. mit drei hängenden Siegeln

1399. 8 Marzo. Vienna. Lodovico e fratelli conti di Porcia rinunciano ai Duchi d'Austria un loro credito di 1860 marche d'argento e di 8000 lire e per 300 fiorini per dieci anni sulle rendite ducali nella Stiria.

Ich Ludweig grave von Portschill für mich, alle mein erben und nachkomen und ich Quido sein vetter graf ze Portschill für mich, mein lieben brüder Bartsaian und Pagaan von Portschill, der vollen gewalte ich hab und für die ich mich wissentlich annime und für all unser erben und nachkomen, bechenn mit disem offenen brieve umb die vordrunge und zusprüch, die wir hincz den hochgebornen fürsten herczog Wilhalmen und herczog Albrechten vettern herczogen ze Österreich etc und andern irn brüdern und vettern unsern gnedigen herren gehabt haben, die da bracht hat tausant mark silbers wiennischen gewichts dreuhundert mark und sech-

quondam

Inventario del Castello di Zoppola.

Melchiorre de Melchioribus not. di Valvasone

= Incoperta edina d'un Protocollo nell' Arch.° Not. Udinese

1402 In Zoppola supra turri et palacio

Coracias VIIII

Barbutas et bacinetos VI

Balistas XX VIIJ navas in maiori parte et aliquas fracte

Duo molinos pro carzando

Zenti VIIJ in turri et JX supra palacio.

Tres vasculos plenos pulvere de bombarde

Bombardas tres

libra LX carnium porzi in baffis et ossibus a spatulis (carne porcina)

Duos plumacios pro custodibus Turris (piumacci per letto)

Tavolacii VII et pavesii IJ hominum de Valvasono

Veretonos in uno bancho. –

(Note di Melchiorre da Melchiori notaio di Valvasone) –

Doppio

1379. 8 Marzo. Vienna? Lodovico e fratelli conti di Porcia rinunciano ai Duchi d'Austria un loro credito di 1860 marchi d'argento e di 8000 lire piccole per 300 fiorini per dieci anni sulle rendite ducali nella Stiria(?)

1399 März 8, Wien. 5

Ludwig und Wido Grafen von Portschill etc verzichten den Herzogen von Österreich gegenüber auf 1860 Mark Silb. und 8000 ℔ Berner, wogegen die Herzoge ihnen auf 10 Jahre 300 fl aus den Mautungen zu Steier anweisen

Perg. mit drei hängenden Siegeln.

Ich Ludweig grave von Portschill für mich, alle mein erben und nachkōmen und ich Guido mein vetter, graf ze Portschill für mich, mein lieben brůder Bartsaian und Pagaan von Portschill, der vollen gewalte ich hab und für die ich mich wissentlich annime und für all unser erben und nachkōmen, bechenn mit disem offenen brieve umb die vordrunge und zůspruch die wir hincz den hochgebornen fürsten herczog Wilhalmen und herczog Albrechten vettern herczogen ze Österreich etc und andern iren brůdern und vettern unsern gnedigen herren gehabt haben, die da bracht hat tausant mark silbers wiennischen gewichts dreuhundert mark und sechczig mark Greczischen gewichts und fumfhundert mark silbers ye für ain mark vier und sechczig grosse bringt die summe achczehen hundert und sechczig mark, und acht tausent phunt Berner, die weilent ir vordern die hochgebornen fürsten herczog Fridrich ee er römischer kunge warde, herczog Leupolt, herczog Albrecht und herczog Ott gebrůder herczogen ze Österreich etc säligen gedächtnusse weilent unsern vordern Ludweigen von Portschill und Fridrichen von Port-

schill meins egenanten Ludweigs vatter und Byrbynen von Lortschill mein des egenanten Guido und meine vorgenanten brůder vatter sëligen schuldig waren und dafur sy in hetten verschriben dei stat und herschafft ze Loitenau als die brieve louttent die wir darumbe haben innegehabt und den egenanten unsern herren den herczogen gezunt widergegeben. Also sind dieselben unser gnědigen herren die herczogen mit uns an unser und der obgenanten unser vettern und brůder stat überain worden und habent uns darumbe zů aine ergeczunge benennet gegeben von nů Sant Jörgen tag über zehen jar nachenander alle jar dreuhundert guldein von iren muczen in Steir als der brief lautt den si uns darüber geben habent; daran uns auch wol benüget. Davon sagen wir dieselben unser herren von Österreich alle ir brůder vettern erben und nachkömen fur uns all unser erben und nachkömen aller der geltschult die ir vordern seligen unsern vordern und uns unczauf den heuttigen tag sind schuldig beliben, es sei mit briefen oder ân brieve gënczlich quitt ledig und los und haben versprochen und globt versprechen und globen auch wissentlich bei unsern trewn mit disem brieve ob nů fürbasser in kunftigen zeiten dhainerlai brief oder urchunt mer furkëmen die uber die obgeschriben pfandschaft ze Loitenaw oder umb dhainerlai dienste oder umb anderlai geldschult wie die genant wëren dhainen unsern vordern und oder unser erben von dhainen derselben unser

herren der herczogen vordern sagten von welhem das wēre daz dieselben brief und urkunt alle ganez und gar sullen ab und tode sein und dhain kraft nicht haben den ēgenanten un-sern herren von Österrich iren brûdern vettern erben und nachkōmen zû kainem schaden, noch uns unsern erben und nachkōmen noch yemand andermi zû kainem fromen ausgenomen des obgenanten irs briefs den sy uns gegeben habent umb die dreuhundert guldein gelts die nēch-sten zehen jare jērlich zegeben, der sol diesel-ben jar aus bei seinen krefften beleiben. Wenn sich aber die verlauffent, so sol der auch genez-lich tod und ab sein und kain kraft mer ha-ben. Und des ze urchunde haben wir unsre insigel gehenbt an disen brieve und haben ge-beten den erbern herren hern Fridrichen von Stubenberg unsern lieben freunde, daz er zû ainr gezeugnusse der sach sein insigel auch an disen brief zû den unsern gehenket hat im und seinen erben ân schaden. Der geben ist ze Wienn an samstag vor dem suntage so man singet Letare ze Mittervasten nach Christi geburde dreuczehen hundert jar, darnach in dem neunund-neunczigistem jare.

... Roma, Bolla di papa Bonifacio, ... che ... ...
... del ... ... di Moravia.

6

[illegible]

facientes justitiam, neque de justitia aliquam mentionem. Quamobrem considerantes prefati Tristandus, Nicolaus et Varnerius cum nonnullis suis sequacibus complicibus et amicis mortem impiam et injustam prefati Federici de consensu ... et voluntate prefati Patriarche perpetratam esse et sibi ipsis de morte ...

[illegible]

... et aliis de eo dicentibus in similibus dato quodam die ...

[illegible]

... ad eundem Patriarcham in castro ... antedicto ...

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

... quomodolibet in premissis nobis cum cordis amaritudine ... instanter et ... supplicarunt et cum sicut asserunt de tam gravi Dei et Ecclesie ...

[illegible]

... cordis contritione doleant intimis cum ... eis eandem, misericordiam ... fauere et cum eis mansuete et benigne agere ipsisque et eorum statui super his providere clementer et misericorditer dignarem...

[illegible]

[illegible]

... non ... hujusmodi supplicationibus inclinati vobis ...

[illegible]

[illegible]

... complices, amici, fautores et sequaces quicumque, quotcumque et qualiscumque fuerint tam nobiles quam cives et plebes cujuscumque ... gradus, conditionis et dignitatis existerent suum ... humiliter confitendo reatum cum intima cordis contritione veniam ... prefatos Tristandum, Nicolaum, Varnerium et alios omnes et singulos ...

[illegible]

... et ... et qualitercumque ...

[illegible]

orarus [illegible] et [illegible] exiterit [illegible] culpabi[illegible] in [illegible]

[illegible] generali nomine dicendis sententia [illegible] ob premissa incurrerunt [illegible]

quantum publicum concernant interesse ab huiusmodi homicidii, sacrilegii et [illegible]

maiestatis [illegible] reatibus absolveretis ea vice auctoritate nostra in forma Ec-

clesie consueta et ex auctoritate mandati prefati propter hoc eis penitentia

[illegible] quolibet modo quod predicti Tristandus, Nicolaus, et [illegible]

[illegible] ac singuli eorumque familiaribus, sequacibus et culpabilibus supra[illegible]

[illegible] eos qui hoc humiliter petierint de maritando [illegible]

[illegible] earum conditionem quas duxerint eligendas, et quod principaliores

[illegible] tanto facinore perpetrato de bonis eorum fieri faciant, et quo pro

perpetuo presbitero in ecclesia [illegible] Domino serviture, et pro anima [illegible]

[illegible] oraturo sufficienter dotarent unam capellam, vel de faciendo

[illegible] tempore de quo vobis videretur, ac dotando capellam huiusmo

17

[illegible]

Sententia [illegible] scriba [illegible] ad Utine
A. D. 1408 die lune 21 junij, ind. 8, actum in civ. Austrie in contrata
S. Francisci in domibus d. Jacobi de [illegible] Vicarij Generalis [illegible]
[illegible] Bartholomeo
de Silavengo Aquil. et Civit., Andrea Augeri [illegible]
[illegible] Josephus de Verona [illegible]
[illegible] testibus.
[illegible] et omnia
bona sua sub pena et ad penam XXV ducatorum auri solvendorum
Curie Patriarchali quod de cetero nec in [illegible] nec alibi [illegible]
[illegible] non retinebit. Pro quibus firmiter observandis ad [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] obligavit [illegible]
[illegible] auxilio [illegible]
[illegible] scriptum. —

Si rilascia il presente fascicolo di pagine venti, che comprende copie e memorie di atti antichi originali, esistenti in questo Archivio riguardanti la storia patria, allo studente in tale materia presso quest'Ufficio Sig.r Vincenzo D.r Joppi e per solo uso di patria storia, a senso del Ministeriale Decreto 12 Decembre 1874 N.o 19119 comunicato coll'Appellatorio 17 detto n.o 1995.

Dalla Conservazione del R. Archivio Notarile Prov.le

Udine, 27, ventisette, Agosto 1872, settantadue

Antonini conservat.

Domini Luchini, ac filiabus, affinibus, attinentibus, proximis et amicis quondam

1400. 1 8bre Cividale. Deposizione del corpo di Luchino Visconti di Milano presso i Frati Minori di S. Francesco di Cividale.

MCCCC. Die primo mensis Octobris in civitate Aust. Aquilegensis diocesis in
Capitulo Conventus Sancti Francisci Ordinis Minorum de Civitate Austrie, coram
presentibus egregio milite Dno Corado Boiano quondam Dni Guillielmi Boiani,
Gabriele qm Johannis Donini, Virgilio quondam Dni Stefani civibus dicte civi-
tatis Austrie, Andrea quondam Henrici de Attems, Francisco qm Nicolai de Utino
omnibus habitantibus in Civitate Austrie predicta et aliis.

Congregati ad capitulum et in capitulo ad sonum campanelle ut moris
est in loco predicto Religiosis Fratre Johanne de Utino Vardiano, Fratre Johanne
de Triesmo Vicario, Fratre Franco de Vado et Fratre Martino de Sancto Daniele
capitulantibus et qui Capitulum facere potuerunt et possunt, non existentibus ad
presens aliquibus aliis Fratribus in predicto Conventu ut dixerunt. Ipsi namque Gvardi-
anus, Vicarius et Fratres omnes insimul communiter et concorditer per eos et eorum
successores, ac vice et nomine prefati Conventus S.ti Francisci de Civitate Austrie
predicta confitenti fuerunt et confessi ad stipulationis instantiam nob. viri
Bartholomei dicti Caguino quondam Rizardi de Caniбus de Mediolano, tam ac-
tis et convenientis nomine suo, et nomine ac vice Egregie et honeste Domine
domine Magdalene uxoris relicte quondam Magnifici et Spectabilis militis
Domini Luchini [de Vicecomitibus de Mediolano] ~~ac vice et~~ nomine [et vice] filiarum quondam prefati Domini Luchini,
ac vice et nomine omnium et singulorum affinium, attinentium, proximo-
rum, et amicorum ipsius quondam Domini Luchini ac vice et nomine om-
nium et singulorum quorum interest, et interesse posset et poterit, habuisse
hodie et recepisse in eorum conventu Sancti Francisci predicto nomine et
causa veri depositi et conservationis atque in deposito et in salvatione cor-
pus prefati Magnifici et Spectabilis Militis Domini Luchini de Vicecomitibus
de Mediolano, qui hodie hic in Civitate Austrie ut placuit Altissimo finivit
in Domino dies suos. Qui Religiosi Fratres Vardianus, Vicarius atque Fratres
omnes per eos eorumque successores ac vice et nomine prefati Conventus
Sancti Francisci promiserunt solemniter in verbo veritatis dare, resignare et
consignare corpus antescripti quondam Magnifici et Spectabilis Militis Domini
Luchini, prefato Bartholomeo dicto Caguino stipulanti et recipienti pro se
et nomine ut supra et supradicte Domine Magdalene uxori ipsius quondam
Domini Luchini, ac filiabus, affinibus, attinentibus, proximis et amicis quondam

Domini Luchini, et ipsorum cuilibet et singulis prout eorum interest, ad eorum et cuiuslibet eorumdem petitionem, postulationem et requisitionem quamcumque, obligantes ad hoc omnia bona ipsius conventus Sancti Francisci mobilia et immobilia presentia et futura, ecclesiastica et mundana etc.

Ex Protocollis seu Note Johannis qm Guillielmi olim Magistri Nadonii de Civitate Austrie.

Nel Volume MSS XXV Protocolli della Collezione di Monsignor Guerra Can.o di Cividale esistente presso la nob. famiglia de Portis di Cividale. confrontato colla Minuta originale nell'Archivio Portis. –

13: Nel III Volume Notariorum colle.ne Guerra si ha il seguente regesto:
1390. 7 Maggio. Venezia Lettera di Maddalena di Luchino Visconti a Margherita moglie del Kav. Bojani di Cividale, chiedendogli nuove del fratello di lei, che a Venezia dicevasi morto.

1400, 2 ottobre. Cividale. Protesta di un medico di Cividale, contro un ammalato che non voleva compiere la sua guarigione.

Gio. di Gyfiderwonot di Cividale. Colleg. Portis Oriz. 9

A. D. 1400, ind. VIII, die 2 octobris, in Civ. Austria, in domo habitationis M. Bonincontre medici infrascripti, presentibus Radulfo aurifice q. Francischini dimicatoris, Nicolusio calligario de Vendoys testibus et aliis.

Ibique prudens vir M.r Bonincontra medicus habitans in Civ. Austrie, natus q. M.i Jacobi medici de Vicencia, rogavit instanter Paulum q. Hermagore de Albana ut in domo sua videlicet ipsius M. Bonincontre permanere deberet per aliquos dies et permittere quod ipse M. Bonincontra medicaretur eidem ut per gratiam Dei, idem Paulus medicamentis eiusdem liberabitur ab egritudine qua nunc gravatur, de qua incepit eidem Paulo mederi. Qui Paulus respondit ad hec et dixit quod nullo modo volebat hic amplius in Civitate manere sed volebat omnino ire Albanam ad domum suam, ibique morari. Idem M. Bonincontra videns et attendens atque considerans voluntatem eiusdem Pauli, protestatus fuit solemniter et expresse, quod si aliquod sinistrum mortis vel alterius eventus eidem Paulo evenire contingat, damnum et verecundia supra ipsum Paulum et non supra et contra ipsum M. Bonincontram habeat redundare. Protestatus quoque fuit contra ipsum Paulum de damnis, labore et expensis. =

Da

e d

qua.

Fra

ed

Me

ri

or

[illegible]

1390. 7 maggio. [illegible] Margherita [illegible] del Kav. Corrado Bojani di Cividale, chiedendogli nuove del Patr. di Aq., che a Venezia dicevasi morto.

1400, 12 ottobre. S. Vincenzo. Convenzione tra Giovanni Lombardo Vescovo di Parenzo ed il Capitolo di S. Maria di Valle, per la quale le primizie di un Beneficio della Chiesa di S. Maria di Valle, sono attribuite al Vescovo e Chiesa Parentina.

– MSS. Fontanini; Colleg. Concina. Copia

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCC, ind. VIII, die XII mensis octobris, actum in Villa S. Vincentii in domo habitationis Presbiteri Martinelli Plebani dicti loci; presentibus Presb. Martinello Plebano loci S. Vincentii, nobili et discreto viro Ser Petro Lombardo filio nobilis viri D. Marci de Venetiis de contrata S. Margarite, Lazaro factore consripti D. Episcopi Parentini et aliis ad hec vocatis specialiter et rogatis.

Cum quedam questio seu differencia verteretur et orta esset inter Reverendum in Christo Patrem et D. D. Johannem Lombardo Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopum Parentinum ex una parte et venerabiles viros Dominos presb. Mattheum de Valle Plebanum S. Marie de Valle, presb. Dominicum de Valle mansionarium et canonicum eiusdem Ecclesie, omnes de Capitulo dicte Ecclesie cum plures de dicto Capitulo non essent ex altera parte, de certis primitiis quas ipsi dicti Canonici retinebant in se et in seipsis dividebant, que quidem primicie spectant et pertinent cuidam Beneficio quod prefatus D. Episcopus obtinet et sui antecessores ab antiquo tempore habuerunt, tenuerunt et possiderunt in dicta Ecclesia S. Marie de Valle, quod Beneficium est de mensa dicti D. Episcopi prout patet evidentius sententia lata per venerabiles viros Dominos Fratrem Nicolaum Abbatem S. Petri de Sylva et Presbiterum Marcutinum Prepositum Rubini,

scripta manu Johannis de Cyplaco clerici publici imperiali auctoritate notarij in MCCCX, indictione VIII, die IX mensis ianuarii, visa et lecta per me notarium infrascriptum quam dictus D. Episcopus habet penes se et quam etiam ostendit dictis Canonicis et ideo ipse D. Episcopus petebat dictas primicias spectantes sibi de iure tam pretento quam de presenti solvere sibi debere per Canonicos ipsos et Capitulum antedictum. quocirca volentes ad bonam pacem et concordiam devenire ac cupientes parcere laboribus et expensis et litium anfractis obviare; non coacti, non decepti, nec in aliquo circumventi sed eorum et cuiuslibet eorum propria et spontanea voluntate co . . . .

. . . . consenserunt pro bono pacis et concordie, videlicet D. Episcopus suo et successorum ac Ecclesie Parentine nomine et dicti Plebanus, Canonici et Capitulum eorum ac successorum suorum quorumcumque nomine ~~et~~ infrascripta pacta et conventiones perpetuo valituras. Prime voluerunt iamdicte partes nominibus quibus supra et expresse ac unanimiter et concordanter consenserunt quod prefati Plebanus, Canonici et Capitulum nominibus quibus supra amodo in antea respondeant et respondere debeant ac solvere ac consignare teneantur prefato D. Episcopo ac successoribus suis annuatim legaliter et sine fraude primicias et quartesium spectantes et pertinentes dicto suo Beneficio seu Canonicatui quod reservatur ad mensam episcopalem ab antiquo tempore. Item voluerunt supradicte partes nominibus quibus supra unanimiter et concordanter consenserunt quod iamdictus D. Episcopus ~~partes~~ nominibus quibus supra, de cetero non possit nec debeat aliquo modo nec tempore ullo petere aut peti facere ab aliqua persona primicias antedictas de transacto tempore. Supradictas autem conventiones et pacta ac omnia alia et singula supradicta promiserunt et convenerunt hinc inde dicte partes et earum quelibet nominibus quibus supra scilicet una pars alteri et altera alteri tenere, attendere et inviolabiliter perpetuo observare et non contrafacere vel venire per se vel per alium seu alios, directe vel indirecte publice vel occulte, aliqua ratione vel causa, titulo, quesito, colore sub pena et ad penam quinquaginta librarum denariorum parvorum venetorum parti obedienti et observanti applicandarum et per partem non observantem solvendarum

B:
139.
Dal Kav. Bojani di Cividale, ...

per eorum quemlibet committenda totiens quotiens contrafactum fuerit in premissis et qualibet premissorum ac refectione damnorum, expensarum et interesse quos et quas pati contingerit incurrere in iudicio et extra qua pena soluta vel non soluta, exacta vel non exacta, rata nihilominus firma remaneant omnia et singula supradicta. Pro quibus omnibus et singulis suprascriptis et in presenti instrumento contentis sicut premittitur tenendis, complendis et inviolabiliter observandis, pronunciate partes et earum qualibet nominibus quibus supra obligaverunt seipsos ac omnia eorum cuiuslibet eorum bona mobilia et immobilia quaecumque, presentia et futura, de quibus omnibus et singulis supradictis nominate partes nominibus quibus supra et earum qualibet preceperunt fieri unum vel duo publicum vel publica instrumenta unius eiusdem tenoris per me Notarium infrascriptum.

(Manca il nome del Notajo).

Di
e d
que
tr
ed

139...
del Kav. Bojani di Cividale, chiedendogli nuove del fatto di [illegible], [illegible] [illegible]

1401, 31 Gennajo. Portogruaro. Il Patr. d'Aquileja Antonio concede al nob. Venceslao di Spilimbergo le decime dell'anno passato in Pinguente, Rozzo e Colmo.

Antonius Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha, Nobili et egregio Wenceslao de Spegnimbergo nostro Marchioni Istrie fideli dilecto salutem et gratiam nostram. Universas quod de fidelitate et solicitudine tue industria plenarie confidentes, tibi decimas nostras et Ecclesie nostre Pinguenti, Rocii et Colmi castrorum nostrorum harum tenore anni proxime preteriti duximus plene atque integre concedendas. Mandantes universis et singulis fidelibus nostris quatenus vel earum partem isto anno nostro nomine exegerunt ac illis qui eas non solverunt, ut tibi dent eis vel nuncio tuo quem ad hoc duxeris deputandum integre nostre gratie sub obtentu respondeant et intendant, alioquin penas et sententias quas rite tuleris in rebelles ratas habebimus atque gratas faciemusque eas auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari: harum sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Data in terra nostra Portusgruarii, die ultimo Januarii, anno domini millesimo quadringentesimo primo, nona indictione.

Jo. Marno

Con sigillo impresso.

D

ei

qu

ix

ex

139

Dal Kav. Cons.e Bojani di Cividale, chiedendogli nuove del Patr.a di Ag.a, per a venezia ...

1401, 25 febbrajo, Portogruaro. Il patriarca d' Aquileja attesta che Alamanno de Medici di Firenze fu camerario e tesoriere della chiesa d'Aquileja e suo e che sempre agì con molta lealtà.

Nos Antonius Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha Tenore presentium notum facimus universis vestras presentes litteras inspecturis quod cum virtuosi ac fideliter et solicite servientes veniant merito comendandi ut eis de bono perseverandi in melius et aliis similiter faciendi materia tribuatur nobilisque Allamanus de Medicis de Florentia in terra nostra Utini habitans nobis dudum legaliter et fideliter servierit ante tempore in caniparia nostra Utini caniparius, certoque alio tempore noster thesaurarius nostras recipiendo pecunias et expensas ac dictam caniparam regendo et gubernando et nobis de dictis officiis ac omnibus et singulis pecuniis et nobis aliis per eum nostro nomine quomodo receptis et expensatis usque in presentem diem, bonam fidelem legalem integram et diligentem reddidit rationem eundem universitati vestre et merito duximus comendandum. Et ne in posterum aliquibus casibus occurrentibus ipso Allamanus vel heredes sui de bono opere possint quo[illegible] indebitam curam pati eidem Allemano ac suis heredibus, nos nos et successores nostros ac vice et nomine nostre Aquilegensis Ecclesie de [illegible] et singulis tam in dictis officiis caniparie et thesaurarie nostro nomine administratis receptis et expensatis quam alio modo quomodocunque qualitercunque et quomodocunque usque in presentem diem, finem remissionem et quietacionem generalem plenariam atque perpetuam facimus per presentes. Quas scribi iussimus et nostri sigilli impressione muniri in testimonium huiusrei. Data in terra nostra Portusgruarii die XXV februarii anni Domini MCCCCI, IX indictione

Jo. Lemmus

Ex Regestr. VI fol. 17.

De copia nel vol. XV Ann. Civ. Utini pag. 206.

139.
del Kav. Giorgio Bojani di Cividale, chiedendogli nuove del [illegible] di Aq.a, che a Venezia [illegible]

importante

1401 25 aprile Udine. Condizioni nella ... di un Notajo e consegna degli atti.

... Udine

1401 ... Ultimi ... domo ... Canonicorum ...

[illegible]

Luogotenente per l'assente ... Gaetano

[illegible]

[illegible] omnes notas tangentes [illegible] (singulas [illegible]

[illegible] aretas preteritas aut presentas quas invenire [illegible]

notas per [illegible] eandem mensem publicatas [illegible]

[illegible] et [illegible] omnes notas [illegible] nota [illegible]

[illegible] dicti [illegible] patris [illegible] quas [illegible] pastor [illegible] in [illegible]

[illegible] habit facilitas [illegible] cognita [illegible]

[illegible] et singulis prefatis [illegible] continentes mandamus [illegible]

[illegible] me [illegible] fecit fieri publicum in [illegible]

1/3

139[illegible]

Del Kav. Corrado Bojani di Cividale, chiedendogli nuove del [illegible] di Ug[illegible], che a Venezia [illegible]

1401, 21 maggio. S. Daniele. Sentenza d'arbitri nelle questioni tra i Signori di S. Daniele per la custodia del Castello di Varmo.

Notajo Fabricio q. D. Sgiozzo di Colloredo. Arch. Not. Udine

A. D. 1401, ind. IX, die XXI mensis maii, actum in Sancto Daniele sub logia Comunis eiusdem loci, presentibus Georio q. Nicolai Mateo de S. Vito, Garlino et Livisio Domini Lafranchi de Benzonibus de Crema testibus et aliis ad hec vocatis et rogatis.

De omni differentia seu differentiis vertentibus vicissim inter nobiles viros Dominos Nicolusium q. D. Lisii, Vannerium q. D. Tomasuti, Bertulum q. D. Zanuti, Nicolaum q. D. Artichi et Antonium et Viglelmum fratres q. D. Coradi de S. Daniele per se et fratribus prequibus promiserunt de ratihabitione nomine et causa Custodie Castri de Varmo dicti nobiles nominibus antedictis libere se compromiserunt in venerabilem virum Dominum presbiterum Christoforum q. Titiani de Ceneta et providum virum Petrum q. Nicolai de S. Daniele tamquam in arbitros, arbitratores et amicabiles compositores dantes et concedentes dicti nobiles nominibus antedictis de S. Daniele prefatis arbitris, arbitratoribus et amicabilibus compositoribus plenam licentiam et bayliam supra predicta custodia Varmi inter dictos nobiles de S. Daniele, sententiandi, pronunciandi, arbitrandi, dilucidandi,

et diffiniendi alte et basse, amicabiliter et de iure auditis et non auditis iuribus, allegationibus eorum stando vel sedendo et sicut dictis arbitris melius videbitur et placebit, partibus presentibus hodie per totam diem, promittentes quoque dicti nobiles nominibus antedictis vicissim solempnibus stipulacionibus hinc inde intervenientibus ac iurantes ad sancta Dei evangelia tactis scripturis, sibi et cuilibet ipsorum prestito ibidem per me notarium infrascriptum sacramento, predicta omnia et singula in hoc instrumento contenta ac sententiam seu sententias ferendam seu ferendas per dictos arbitros perpetuo et omni tempore firma, rata et grata habere, tenere et plenius observare et non contrafacere, dicere vel venire per se vel alium seu alios, aliqua ratione vel causa de iure vel de facto et ab ea vel ab eis non appellare nec illam seu illas reducere ad arbitrium boni viri sub pena quinquaginta ducatorum auri in singulis capitulis huius contractus stipulata et promissa, cuius pene medietas cedat arbitris predictis et alia medietas observanti seu observantibus arbitrium, qua pena totiens exigi possit cum effectu, totiens contrafactum fuerit. Qua soluta vel non presens tamen instrumentum et omnia in eo contenta obtineant

139...
del Kav. Cogiadio Bojani di Cividale, chiedendogli nuove del fatto di Cq., ... a lenesa acclar...

llenam firmitatem, obligantes ad hec dicti nobiles nominibus antedictis omnia eorum bona mobilia et immobilia, presentia et futura, cum refectione damnorum omnium et expensarum litis et extra ac interesse.

Ipsi vero in attentibus millesimo, inditione, die et loco, presentibus Georio et Liprio predictis, Nicolao q. Iacobi de Rodeglano viceg[astal]dione in S. Daniele testibus ad hec vocatis et rogatis, coram suprascripto Domino presb. Christoforo q. Ticiani de Ceneta et provido viro Petro q. Nicolai arbitris etc. electis per suprascriptos nobiles de S. Daniele ut superius declaratur, in iudicio comparentibus suprascriptis nobilibus viris DD. Nicolao, Varnerio, Bertolo, Nicolao, Visglelano et Andrea fratribus pro se ipsis et fratribus tunc statim dicti arbitri, arbitratores et amicabiles compositores differentiarum vertentium inter dictos nobiles de S. Daniele nomine et causa custodie Castri de Varmo, visis, auditis et diligenter examinatis omnibus et singulis eorum iuribus et differenciis et auditis omnibus his quod ipsi DD. de S. Daniele dicere et allegare voluerunt et habito super his semel et pluries consilio bonorum et providorum virorum ac inter se deliberatione prehabita diligenti, Christi nomine invocato de cuius vultu recta procedunt iuditia, presentibus dictis nobilibus DD. de S. Daniele et sententiam seu sententias ferri petentibus, sententiaverunt, pronunciaverunt, declaraverunt, mandaverunt et arbitrati fuerunt quod prenominati Domini de S. Daniele, quilibet ipsorum pro rata eisdem tangente, singulo anno teneatur et

et debeat tenere familiarem unum in Castro de Varmo pro custodia dicti Castri suis sumptibus et expensis. Item sententiaverunt etc quod quilibet ipsorum Dominorum pro rata sua teneatur stare et abitare personaliter tribus mensibus in Castro de Varmo pro Capitaneo vel tenere unum sufficientem et gratum, alius vice sui per illos tres menses eidem tangentes, et tenere unam custodiam supra turre et portanerium unum illis tribus mensibus suis sumptibus et expensis et quod familiares dictorum Dominorum existencium in Varmo teneantur et debeant obedire illi cui acciderit habitare illis tribus mensibus pro Capitaneo pro rata et si aliquis familiaris defectu Domini sui negligeret obedire ut predixi, quod tunc ille qui contrafecerit incidat in pena compromissi. Item sententiaverunt etc quod nobilis vir Ser Nicolaussius Ser Artichi incipere teneatur habitare pro suis tribus mensibus die iovis proxime futuro deinde Ser Nicolausius et nepotes, pro rata eorum tangente, deinde Ser Bertulus et deinde Ser Varnerius et sic de singulis, mandantes insuper dictas eorum sententias inviolabiliter observari sub pena in compromisso adiecta.

1392.
del Kav. Co. Bojani di Cividale, chiedendogli nuove del Pat. di Aq., che a Venezia ...

15

1401, 16 giugno. Valvasone. — Il Banditore pubblica che chi vantasse crediti verso certo Pellegrino che stava per partire da Valvasone, dovesse farsi innanzi per il pagamento.

Milchiorre de Melchioribus notajo di Valvasone. Arch. Not. Udine

A. D. 1401, ind. IX, die XVI mensis iunii, actum Valvasoni, prope domum Filippi q. Nicolai, presentibus M.o Alberto sartore, Simone q. dicti Nicolai testibus et aliis.

[illegible] di Cerasoje nella loro [illegible] Giurati [illegible] Officiali [illegible] de' Padroni de' Masi. [illegible] che se alcuno portava qualche offesa, la guardia [illegible] al padrone del maso e se le [illegible] veniva a [illegible] il padrone del [illegible] il gerbazo [illegible]

Gerbazium

I Gozzopola [illegible] tale ultima [illegible] che [illegible] dai Signori di [illegible], di S. Vito, di [illegible] loro [illegible].

15

1408, 15 Luglio. Gemona. Confederazione tra Gemona, Tolmezzo e Venzone, a difesa del Patr. d'Aquil. Antonio Pancera deposto da Pp. Gregorio XII.

In nomine sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Anno Domini MCCCCVIII, ind. I, die XV mensis Julii. Cum in hac Patria Aquilegensi propter privationem Reverendissimi Domini nostri Domini Patriarche ut fertur per Sanctissimum Patrem et DD. Gregorium XII Summum Pontificem noviter de Patriarchatu privati, dubitetur discordias, errores et differentias posse verisimiliter exoriri, propter quas status pacificus eiusdem Patrie et libertatis posset totaliter perturbari. idcirco ad laudem et gloriam omnipotentis Dei eiusque matris Marie virginis gloriose et Patronorum nostrorum Sanctorum Hermacore et Fortunati, omnibus et singulis presentes nostras litteras inspecturis pateat evidenter, quod ad honorem Sancte Romane Ecclesie, Sacrique Imperii Romani et in honorem et statum Reverendissimi Domini nostri D. Patriarche eiusque Ecclesie Aquilegensis et libertatem Patrie Forijulii et specialiter pro conservatione et augmento honoris et status infrascriptarum trium comunitatum videlicet Glemone, Tumecii et Venzoni, nos Massarius, Consilium et Comune Terre Glemone, Camerarius, Consilium et Comune Terre Tumetii atque Camerarius, Consilium et Comune Terre Venzoni pensantes deliberatione salubri consonum esse rationi et consentaneum equitati, ut qui sub una subiectione tenentur et vicinitate iunguntur unito vivant amore ac unanimi voluntate, Spiritus Sancti gratia inspirante unanimiter et concorditer

per nos nostrosque successores ac vice et nomine dictarum Comunitatum ad invicem et hinc inde fraterne caritatis, firmi amoris et comendabilis vicinantie firmo et indissolubili vinculo tenore presentium fecimus et coniunximus, univimus atque firmavimus inter nos bonam, veram et fraternalem unionem, ligam, confederationem, fraternitatem ac vicinantiam Altissimi gratia duraturam usque ad quinque annos proxime futuros et completos, promittentes iurantesque corporaliter ad sancta Dei evangelia per nos nostrosque successores ac vice et nomine dictarum nostrarum Comunitatum Nos ad invicem et insimul instare, iuvare, defendere et conservare contra quoscumque tam de Patria quam de extra Patriam nos in comuni vel indivisso vel nostrum aliquem molestantes seu molestare et aggravare volentes indebite et de facto occasione discordiarum et errorum ac differentiarum que ex privatione predicta possent quovismodo aliqualiter exoriri et si necesse fuerit posse nostrum exponere pariter et personas prout quilibet unitus et bonus vicinus facit et facere tenetur ac debet et presentem unionem, fraternitatem et vicinantiam bona fide et sine fraude firmiter habere et tenere ac inviolabiliter observare usque ad terminum supraditum, ac omnia et singula in presenti unione et fraternitate ac vicinantia facta, promissa et contenta quandocumque et quotiescumque opus fuerit et necesse facere et fideliter exercere et non contrafacere, dicere vel venire aliqua ratione, dolo vel ingenio, directe vel indirecte, publice vel occulte, obligantes ad invicem

omnia et singula bona dictarum nostrarum Comunitatum, pre-
sentia et futura. In quorum omnium testimonium, presentes
litteras videlicet per quamlibet dictarum Comunitatum una utrique
eiusdem scripti mandavimus et sigillis dictarum nostrarum Comu-
nitatum et earum cuiuslibet impressione communiri.

L. S. — Com.ᵗᵃˢ Tumetii

L. S. — Com.ᵗᵃˢ Glemone

L. S. — Com.ᵗᵃˢ Venzoni

Da copia nella Collez. Bini Vol. LXVI, p. 71, Arch. Capit. d'Udine.

pag. 5. 1.

In Xpti Noĩe Amen. Anno a Nativitate ejusdem millesimo quadrigentesimo octavo. indict.e 1.a Die vero Sabbati quarto

1408. 4 Augusti. mensis Augusti. Actum in trincello Castri Utini Aquilejensis Diocesis hora XXII. vel circa

In presentia mei Not.ij et testium infrascriptorum ad hoc spetialiter vocatorum et rogatorum personaliter constituti Rmus in Christo Pater et

16

Dominus Dnus A. divina gra sancte Aquilejen. Ecc.e Patriarcha dignissimus, et Vener.les viri Dnus Philippus de Capellinis de mediolano in spiritualibus et Nob. vir Franc.s de Strasavac cha in temporalibus prefati Dni Pathe Vicarij Generales: ad ipsius Dni Pathe presentiam ut asserverunt vocati idem Dnus Patha eisdem Dnis Vicarijs dixit et exposuit quod ad ejus notitiam nuperrime devenerat quod ipsi judicialiter sedere, et justitiam unicuique postulanti ministrare ut consueverant recusabant, et hoc pretextu cujusdam publicationis certarum, ut asseritur, litterarum Apostolicarum in civitate Austrie et alijs quibusdam locis facte privationem prefati Dni Pathe, ut asseritur, patriarchatus Aquilejen. continentium quarum litterarum prefati Dni Vicarij nullam habebant notitiam nisi ex auditu, et quod jam mensis elapsus erat quod ipsi Dni Vicarij occasione predicta sedere recusaverant de quo ipse Dnus Patha dixit se non modicum admirari. Considerato primo, quod ipse Dnus Patha alias ipsos Dnos Philippum et Franciscum suos in spiritualibus et temporalibus constituerat Vicarios Generales, nec ipsos, ut ipsi bene noverant revocaverat. 2.o quod dicte pretense littere Apostolice in terra Utini, ubi prefati Dni Vicarij moram traxerunt nec a decem milliaribus prope fuerant publicate, nec ut prefertur de ipsa publicatione aliquam habuerunt notitiam: Que terra Utinensis est principalis Terra Patrie Fori Julij: 3.o quod dato sed non concesso quod dicte pretense littere Aplice privationem ipsius Dni Pathe, ut asseritur continentes ad ipsorum Dnorum Vicariorum notitiam devenissent, ipsi Dni Vicarij jurisdictionem suam consuetam exercere debent, et tenentur, ex eo quia prefatus Dnus Patha erat in possessione pacifica et quieta, et a nemine turbata recipiendi, colligendi et habendi omnes et singulos ipsius Patriarchatus fructus, redditus et proventus ad ipsum Patriarchatum spectantes et pertinentes, et de presenti recipit et percipit, et eidem a clericis et Laycis sibi subditis debita reverentia et obbedientia exhibetur exceptis aliquibus Laycis eidem rebellibus, qui non faciunt sextam partem sibi subditorum, quique debitam reverentiam et obbedientiam de presenti exhibere contradicunt

quarto, quia dato sed non concesso quod dicta privatio, de qua
ipsę prętensę litterę cantant per Dnum Gregorium Duodecimum
vel alium de ipsius mandato facta foret, dixit ipse Dnus
Patriarcha Vicarijs prefatis, quod de reddendo justitiam se ex
rettringere non debent, cum ab ipsa privationis sententia si
apparet ante ipsius prohibitionem et post per ipsum D. Pat.
ex causis legitimis fuit appellatum, quibus appellationibus
pendentibus ipse Dnus Pattria non debet de ipsius
archatus possessione removeri: subiungens, quod dicta
pretensa privationis sententia fuit et est nulla
lata ab eo, qui nullam habuit nec habebat ferendi pote-
statem, cum tempore ditę pretensę sententię, et ante
Patres Domini Sanctę Romanę Ecclesię Cardinales et quasi
Christianitas se ab ipsius Gregorij XII. obbedientia sub-
traxerunt, ipsumque Gregorium pro scismatico habebant et
hodie habent, ac mandarunt sub penis censurarum
universis Christi fidelibus eidem Gregorio omnem obe-
dientiam subtrahi debere, et ita quasi ab omnibus Chri-
stianis subtracta est, ut constare dixit quibusdam litteris
autenticis ipsorum Cardinalium sigillis sigillatis cum
plena verborum solemnitate sic per ipsum D. Pattria vis
et lectis ut asserebat. Quinto dixit eisdem Dnis Vicarijs
quod in definiendo administrare de modis per eos servatis in
vacuando judicialiter sedere attento quod quando alias Aqui-
lejensis Ecclesia vacavit Capitulum Aquilejen. consuevit
et ita firmatum est sibi eligere Vicedominum qui Vicedominus
ratione sui offitij creavit, et creare debet Vicarios in spiri-
tualibus et temporalibus, et alios offitiales, qui sede vacante
universis subditis Ecclesię Aquilejen. justitię complementum
ministrare tenentur: dato igitur quod ipsa Ecclesia Aqui-
vacaret, que revera ex causis supradictis non vacat
vos Vicarij predicti justitię complementum dorte et quomodo
Vice Dominus predictus, et alij Vicarij, et Offitiales crea-
fuerint, ministrare debetis cum indecens et inhone-
sit valde, quod tanta diocesis quanta est diocesis Aqui-
lejen. et provincia carere debeat administratoribus justitię.
Subjungens insuper prefatus Dnus Pattria, quod Capitanij, et
Gastaldiones omnes in terris prefato Dno Pattrię subjectis p

ipsum.

ipsum Deputatis jurisdictione omne connexa, et eis ratione dictorum offitiorum eorum competente, et precipue Potestas Civitaten. Aquilejen. et Capitaneus terre Utini ut prius dictarum litterarum Apostolicarum publicatione non obstante exercuerunt et de presenti exercent, nec propter predictam publicationem exercere desierunt. Quare sepefatus D. Patha considerans prefatos Dnos Vicarios ab ejus emulis et rebellibus fore seductos, considerans etiam omnia et singula supradicta per eum emanata in presentia mei infrascripti notarij, et dictorum testium exposita, et voce minatoria prefatis Dnis Vicarijs mandavit et precepit, quatenus sub pena excomunicationis late sententie atque in confiscationis omnium bonorum tam spiritualium quam temporalium, que ipsi Dni Vicarij in Patria Forojulij habent et possident, et sub pena perpetui carceris et alijs penis suo arbitrio infligendis, quatenus in futurum singulis diebus sedere consuetis juditialiter in locis solitis sedere debeant et justitie complementum unicuique ministrare, mandavitque Vicarijs prefatis ne in futurum sine ipsius Dni Pathe vel alterius ejus locumtenentis licentia sub dictis penis, nec extra terram Utini per spatium unius miliarij exire presumant. A quibus quidem preceptis prefati Dni Vicarij viva voce appellarunt protestantes de appellando in scriptis dicentes, et asserentes quod eorum intentio erat velle parere dictis litteris Apostolicis et hoc propter penas et metum penarum in eisdem litteris Apostolicis contentarum supplicantes eidem Dno Pathe, ut ipsos in his gravare non debeant, qui vero Dnus Patha ira commotus mandavit per egregios et venerab.es Viros S. Fantussium Comitem de Pulcinico magistrum curie ipsius Dni Pathe, et Antonium Brunellum de Portugruario Capitaneum Soffumbergi ibidem presentes eosdem Dnos Vicarios carceribus mancipari, ibidem mansuros donec et quousque eorum appellationi renuntiaverit. Et successive ipsi S. Fantussius et Antonius quibusdam eorum sociatis complicibus dictos duos Vicarios ceperunt et sic captivos in presentia predictorum infrascriptorum testium ac mei Notarij de dicto tinello duxerunt usque ad limites carcerum ipsius castri. Qui autem Dni Vicarij videntes se taliter tractari et ad carcerem duci, carcerum metu dicte appellationi renuntiarunt protestantes, quod istud judicialiter sedere et eorum offitia exercere non sit nec esse possit in ipsorum Vicariorum prejuditium, cum non voluntarie sed ut premittitur dictarum penarum metu compulsi hoc faciebant alias nullatenus facturi.

Acta sunt hec millesimo inditione dictis et hora proxime suprascriptis. Presentibus venerab. et honorabilib. ac discretis Viris Dno Presbit.o Matheo de

de Montefalcono Plebano Canipe Cappellano, S. Joanne Not. q. S. Odorici Not. i de Susannis de supradicto Utino Canc. rio et Jacomatio q. ... de Portugruario familiari supradi. D. Patriq testibus ad hoc convocatis spetialiter, et roga. et alijs.

S. N.

et ego Antonius Merianus Civis et habitator terr. Utini publicus imperiali auctoritate Notar. et matricul. supradicta Scripturas jure notatas prout reperi in quodam folio in Scripturis S. Patri Boni de Joreipsis de Verona ... tarij et Civis Utinen. mihi cognitis per alium Notarium ... re feci ita rogatus ab ... Dni. Mag.ca Comm.tis Utini et quia facta collatione cum originali illam concordare ... veni, ideo me subscripsi apposito signo meo in fidem

Franciscus Venerius pro Illmo et Eccellmo Duc. Dom.io Venetiarum Patriq Fori Julij Locumt.s fidem facimus supradictum D. Antonium Merianum esse publicum et legalem Not.um matricula bonq vocis, et famq, cujus Scripturis publicis plena adhibetur fides in quorum

Utini die 23.a Julij 1533

L. S.

Thomas Pacis Canc. de m.to

1408. 26 Ottobre. Ducale a Tristano di Savorgnano che lo chiama a Venezia per procurare la pace nel Friuli

Michael Steno Dei gratia Dux Venetiarum etc. Spectabili et egregio militi D. Tristano de Savorgnano civi dilecto et sincere dilectionis affectum. Cupidi ponere ibidem Forijulii quietem atque concordiam, precamur vestram egregiam nobilitatem, quatenus ut hoc opus optimum sequi possit iuxta bonam intentionem nostram, velitis et placeat presto ad nostram presentiam conferre.

Data in nostro ducali Palatio die XXVI mensis Octobris. indictione II. MCCCCVIII.

Da copia nel Vol. Catastico Savorgnano fol. 267
Bibl. Civ. Udine

1408 26 Ottobre. Udine Lettera degli ambasciatori veneziani al Comune di Gemona e collegati, per le tregue con Cividale -

Magnificis et egregiis fratribus honorandis Provisoribus Terre Glemone

Magnifici et egregii fratres honorandi. Iuxta requisitionem litterarum vestrarum ... hora XX receptarum, vobis mittimus salvum conductum pro vobis et ... duabus Comunitatibus Verzoni et Tulmetii ut ad locum sancti Danielis sindicos ... et illarum Comunitatum statuto termino transmittatis, sicut dicitis ... facturos. Super sufferenciis ab hodierna die usque ad futuram diem dominicam ... dicimus quod hodie de mane receptis litteris a Comunitate Civitatis Austrie et aliquibus copiis litterarum, quas Oratores nostri qui fuerant ad dominum ... in Ortemburg redeuntes reportaverant, ex quibus mandatur Capitaneo, ... Monfalchono existentibus quod treuguas ... sufferentias debeant observare. Remansimus in concordio cum ista Comunitate ... pro se et suis et promissionem quod dictas sufferentias observabunt. Et sic ... Comunitatem Civitatis Austrie, quapropter vos etiam et ille Comunitates ... vestris taliter ordinetis, quod nulla novitas isto tempore fiat et quod sufferentie predicte, sicut spem firmam gerimus et sicut vos dispositos videmus per vos ... partem vestram inviolabiles observentur. Et ad prefixum terminum pro treuguarum conclusione transmittere non fallatis et bona hora, quia nos etiam ibi ... bona hora, Domino concedente. Poteritis de hiis vestros Colligatos ... adherentes sicut vobis expediens videbitur avisare, ut omnia recto calle procedant. Parad etc.

Datum Utini die XXVI Octubris MCCCCVIII

Iacobus de Ipolanis
Bartholomeus Nani } Oratores

Dall'orig. nell'Arch. Com. Gemona

1408, 26 ottobre. Venezia. Ducale al d. Tristano di Savorgnano perchè s'interessi alla pacificazione del Friuli

Colleg. Commem. Vol. IX n 31 (copia)

~~Egregio~~ Spectabili et Egregio Militi D. Tristano de Savorgnano. ~~cari~~ civi nostro dilecto.

Michael Steno Dei gratia Dux Venetiarum etc. Spectabili et Egregio Militi D. Tristano de Savorgnano civi dilecto salutem et sincere dilectionis affectum. Cupientes quietem illius Patrie Forijulii pacem atque concordiam precamur vestram egregiam nobilitatem quatenus ut hoc opus optimum sequi possit iuxta bonam intentionem nostram velitis et placeat presto ad nostram presentiam vos conferre.

Data in nostro Ducali Palatio die XXVI mensis octobris, II ind. MCCCCVIII.

Rupertus Dei gratia Romanorum
Rex semper Augustus

20

09.

Venerabiles Amici sincere dilecti. Quantis nostre mentis turba-ciatos sancte Romane ecclesie motivis nostre de scidio pertur-bando non verbis nec calamo sufficimus explicare, unde ut de medio radicitus evellatur, nullo eius relicto vestigio, ac sincera integritas dante domino, habeatur, totis precordiis anhelamus, quem pro convenientibus et aptis mediis sine quiete adhibiscendi, cavendi quoque (si fieri potest) ne peiora (quod absit) prioribus subsequantur Venerabiles Joannem Archiepiscopum Rigensem Mattheum Wormacen., Ulricum Verdensem Episcopos Principes, et Joannem de Winheim Prothonotarium consiliarios, et fideles nostros dilectos de nostra intentione plenissime informatos pro Ambaxatoribus et oratoribus nostris duximus transmittendos, venerandas circumspectiones, et prudentias vestras instanter rogantes, et piis affectibus exhortantes velitis dictis oratoribus nostris, et cuilibet eorum consiliis, et auxiliis opportunis assistere, eosque in singulis dirigere, et favorabiliter nostra, et sacri imperii et nos agenda promovere, eisque super premissis nobis oretenus parte nostra explicandis adhibere placeat plenam fidem.

Datum in Castro nostro Heidelberg. die 14 Mensis Februarii Anno Dni millesimo CCCC° nono, Regni vero nostri anno nono

Ad mandatum D. Regis Aubanus Utr. Juris doc.

Venerabilibus viris consulibus, et Comuni Itinensi amicis nostris sincere dilectis

M. Antonius Fiducius mag.co collatis Itini concordat ex originali suo

L.S. Suprascriptas literas hic aliena manu desumptas ex authenticis registratis manu meo in processu inscripto nota (. existente in Canc.° Mag.cæ Comunitatis Civitatis Utini, facta recognitione publicavi ego idem in fidem Fiduciae Nob.is, et eiusd. communitatis Cancell.' ac illius sigillo

Ex consimili autentico ad praesens tente penes Ad.m R.m D. Agricola Agricola Congregationis Oratorij Philippi Nerij Civitatis Utini cu m accomodato a R.mo D.no Abbate Biri de Villa de Varmo, per alia et quia concordare invenit se in fi subscripsit J5. Ant.s Corsus P. V. N. civisque eiusd. Civitatis - die 22

1716 - L.S.

Copia tratta d'altra Copia autentica esistente in Archivio del Ill.mo Capitolo di Cividale da un Libro intitolato Procuratorie inter Ill.mum Capitulum Civitaten. contra Ill.mum Capitulum Utinen. coperto di cartone bianco, segnato A2 _ carte 226.

Omissis &c.

Rupertus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus

Prudentes Fideles dilecti; cum sanctissimus in Xpo Pater Dnus Noster Gregorius Papa XII Concilium Generale celebraturus pro desiderabilissima unione sanctae Matris Ecclesiae locum suum Civitaten. videlicet Austriae in Foroiulii accessit ut intelleximus de presenti, iamque in dictis partibus nonnulle discordie, per quas Venerabilibus Prelatis et aliis personis dictum Concilium adire volentibus, possent impedimenta verisimiliter suboriri quominus dictum Concilium suum sortiretur effectum: prudentias vestras instanter rogamus quatenus intuitu sanctae Matris Ecclesiae, ac universalis boni parte, sollicitudinis vestrae interponere velitis, ut huiusmodi discordie dante Domino sopiantur, et quecumque dictum Concilium accedentes in illis partibus plena gaudeant securitate, ne (quod absit) publica utilitas quo maior esse non potest privato malignantium commodo postponatur. Fortius in premissis pro vestra fidelitate fiduciam gerimus singularem. Vos enim dictum Concilium promovere, et favorizare pro sacrae Matris ecclesiae optatam reformationem intendimus iuxta posse. Ad vestra etiam desideria favorabiliter inclinati &c.

Datum in Castro Nostro Heidelberg. Anno Dni millesimo quadringentesimo nono, die decima nona Junii. Regni vero nostri Anno nono.

Ad mandatum

Ad mandatum Dni Regis
Josq. Vener: Doc: V.I. Iurist.

A tergo:
Prudentibus viris Proconsuliou et Consilio ac Comunitati Civitatis Austriae, et ipsorum Colligatis fidelibus nris q.

Epistolam praemissam ex consimili authentica existente in Archivio Ill.mi Capli Civitat. F.J. aliena fida manu med.e facta auctate. reg.t exemplavit Candidus Candido Colleg.t Civitat. praed.e Not.t seque in fid. sub.t - Die 30 Januarij 1719

Visa per me Auditorem -   - Videat Dominus Auditor

Venerabili in Xpto Patri. Dei Gratia Epo. Concordiensi eius Vicario in spiritualibus. Jordanus miseratione divina Epus Albanen. salutem, et sinceram in Domino caritatem. Ex parte Odorici de Castello, et Nicolai de Savorgnano Armigerorum Aquil. Diocesis nobis oblata petitio continebat quod cum olim quondam Dnus Angelus Corrar, Gregorius Papa XII in sua obedientia nuncupatus, post eius depositionem, et eiectionem a Papatu (?) per sacrum Generale Pisanum concilium pro unione Ecclie de ... et sententiam latam, et processus fulminatos contra se versus quibusdam Civitatibus Austriae transtulisset, et ... circumvicinis locis (?) Patriae obedientes non ... nec inveniret et proposuerit ad alias partes ... mutato habitu ne cognosceretur se transferret, dicti ... ignorantes, qui iam notitiam processuum huiusmodi ... haberent, illuc unde dictus quondam Angelus trans... faciebat, accedentes eum capere credentes, illum qui ...

habita Papali prout ordinatum fuerat incedebat, cesserunt cumque bonis, et rebus, quæ portabat spoliarant, nullo tamen in illius personam alias iniuriam inferendo, quem demum alias illesum prorsus liberum abire dimiserunt, spolioque ab bono huiusmodi more pecuniæ remota inter se distribuerunt in processionibus eorum usu illa convertendo credentes ex hoc

attentis huiusmodi processibus potius meritum a Deo reportare quia pro bono unionis, et pacis universalis ecclesiæ hoc fecerant Et quamvis dicti exponentes se propterea attentis processibus prædictis nullam Canonis sententiam, nullasque pœnas, seu censuras Ecclesiasticas incurrisse. tamen quia huiusmodi eorum credulitas eorum conscientiis omnimodam tranquillitatem non inducit ad serenandum prædictorum eorum conscientias et ad obstruendum ora quorumcunque aliis super hoc obloquentium, supplicari fecerunt humiliter dicti exponentes eis super his per Sedem Apostolicam maxime provideri. Quia vero de processibus huiusmodi, et aliis præmissis nobis clare constitit, et constat, et eo veritate nituntur, posquam exinde credimus de prædictis omnibus notitiam habuisse, et habere, idcirco nos auctoritate Dñi Papæ, cuius primo vice curam gerimus circumspectioni vestræ cum eorum ordinariis agat in remotis ad præsens, committimus quatenus iuxta huiusmodi processuum tenorem, et effectum, declaretis dictos Armigeros nullam Canonis sententiam nullasque censuras Ecclesiasticas, seu pœnas alias, præmissorum occasione incurrisse. Dat. Romæ apud Stos Apostolos xiii Kl. Novembris Pontificatus Dñi Martini Papæ V. Anno octavo.

Locus sigilli pendentis   J. De............

Exemplum præmissum a consimili in membrana educta quod praeses Nob. ac Illus. Dño Agricola Agricola curavit scribere quia facta collatione concordare invenit Lucas Abotta V.A. Coll. in hoc Civitate Nob.ᵐ subscrip. sit vos in fide &c. — Utini die 21 Maij - 1726 Ind. 4.

[illegible]

... 1409 [illegible] 17 [illegible]

[illegible]

[illegible] Vicday [illegible]

[illegible] ex nunc [illegible] in [illegible]

[illegible] infra hinc et

[illegible] proximam quam ~~[illegible]~~ dominica [illegible]

[illegible] aliud [illegible] eosdem [illegible]

[illegible] dominica [illegible] nominatim denominabit [illegible] excommunicatos.

[illegible]

[illegible] XXIIII [illegible] Monita sunt in genere. In [illegible] sententie [illegible]

[illegible] —

1409, 19 maggio. Prato. I Conti di Prato partecipano il prossimo arrivo colà di Pp. Gregorio XII, al Cav. Corrado Bojani.

Colleg. d'atti - Quern. XXVI, 153. -

Spectabili et egregio Militi D. Conrado Boiano fratri carissimo honorando.

Spectabilis et egregie frater honorande. Bertholinus de Zaniboniis vos rogat ut pro ipso reperire faciatis logamentum et sic vos etiam rogamus. Dominus noster Papa isto sero erit ad Turrem Liquentie et die crastina in Prato. Valete.

Guillelminus et Niculussius } Comites de Prato

Sub data die XVIIII mensis maij.

1409, 25 giugno - Cividale - Ser Simone di Topolizo dichiara d'allontanarsi da Cividale dietro l'ordine intimatogli dal Comune di Udine, benchè non possa esservi obbligato, ma solo togliere ogni sospetto.

Giovanni di Guglielmo notajo di Cividale
Arch. Portis. Orig.

13

... 1409, ind. II, die XXV mensis iunii, hora XIX, in via publica prope pontem exteriorem burgi pontis Civitatis Austrie, presentibus ... Nicolao de Tergesto, Johanne q. Egidii olim M.i Johannis phisici, Matheo caligario q. Leonardi, Johanne bocalario q. M.i Corsii muratory ... Padua testibus et aliis pluribus.

... Nobilis vir Ser Simon filius Nobilis viri Ser Guilielmini de Topolich ... super unum equum quem equitabat, dixit, exposuit et declaravit ... nondum elapsa est tercia dies ex qua fuit suis auribus in... mandatum quod per unum nuncium et preconem Comunis Terre Utini ... non sunt tres dies elapsi preceptum fuit ad domum habitatio... in Civ. Austrie Ser Guilielmini de Topolich predicti patris sui ex parte DD. septem Deputatorum, Consilii et Comunis Terre Utini in pena ... ducatorum auri, quod idem Ser Guillelminus et sui filii se ... ad tres dies de Terra Civ. Austrie absentare et ad locum non suspe... ipsius DD. deputatis, Consilio et Comuni predicte Terre Utini, se ... transferre deberent. Nondum itaque elapsis ipsis tribus diebus a die ... huiusmodi facti mandati computandis, idem Simon in presentia testium ... predictorum et mei Johannis notarii cepit standa Civ. Austrie et de ... pontis predicto, iturus, ut dixit, ad Cormonum, quamvis non credat ... Simon, ut dixit, se obligatum fore vel teneri ad ipsum preceptum

factum ad domum habitationis ipsius Ser Guillelmini sui patris eo quod fuit et est ad presens manceppatus alterius quam ipsius sui patris a quo iam elapsis decem mensibus et ultra recessit et suam egit residentiam a decem mensibus citra et adhuc agit et moratur cum illis egregiis Dominis de Porcileis, videlicet quinque cum D. Articho et quinque cum D. Guidone Comitibus de Porcileis ipsius Ser Guillelmine sui patris et suis singularibus benivolis Dominis, maioribus et amicis. Et quod magis ob reverentia predictorum DD. Deputatorum Consilii, Regiminis et Comunis Terre Utini et ad abolendam omnem suspitionem et removendum omne scandalum quam et quod de ipso Simone haberi posset quovismodo, quam ex debito et vinculo predicti precepti facti ad domum habitationis ipsius Ser Guillelmini sui patris, ad quod preceptum, ut dixit, non putat se teneri, se a predicta Terra Civ. Austrie absentabat et ab ea recedebat et recessit. De quibus omnibus et singulis supradictis expositis et declaratis et de captura sui itineris, rogavit me Johannem notarium antescriptus Simon cum instantia, ut scriberem prout scripsi ordinatus cartam et instrumentum. =

24

[illegible]

Acceptatio D. Petri Pauli de Justinopoli [illegible] Canonicatus et Decanatus Civitatensis.

Anno a nativitate Domini 1409 die lune primo julij, II ind. actum in choro [illegible] B. Marie [illegible], Aquil. Dioc., presentibus Francisco notario q. Perotti et Petro notario q. Odorici not. de Manzano [illegible] testibus. Ven. vir magr. Nicolaus [illegible] de Justinopoli [illegible] procurator et assertus Ven. viri D. Petri Pauli de Justinopoli utriusque iuris [illegible] vigore [illegible] gratie expectative SS. D. nostri D. Gregorii Pape moderni acceptavit Decanatum et Canonicatum [illegible] vacantem per obitum olim D. Johannis q. Perotti Decani et Canonici nec non seu per [illegible] confirmationis seu electionem ad Episcopatum Concordiensem seu provisionem per dictum Dominum nostrum Papam factam de D. Nicolao de Portugrua[illegible] decretorum doctore [illegible] de dicto Decanatu prefatus Dominus noster Papa [illegible] proprio motu providisse seu [illegible] aut quovis alio modo aut ex [illegible] persona [illegible] et eidem Domino Petropaulo [illegible] de iure [illegible] [illegible] eisdem [illegible] [illegible] Petro Paulo [illegible] de [illegible] et [illegible] sibi dicto nomine etc.

Et hoc fecit coram Ven. viris DD. [illegible] Decano et Can. Aquilejensi et [illegible] ac D. [illegible] et Leonardo de [illegible] Canonicis [illegible]

Qui Domini dictam acceptationem in quantum ad eos pertinebat admiserunt.

Concilium Aquilejense in Austria

Pro tollendo schismate, per Gregorium Papam XII. anno Domini MCCCCIX. celebratum.

...n vocasset ...um concilium ...civitatem ...m in Aqui- ...diœcesi

Hanc synodum Gregorius indixit anno pontificatus sui secundo, per epistolam quamdam apud Theodoricum a Niem lib. 3. de schismate extantem, quæ talis est.

Gregorius, etc. ad perpetuam rei memoriam.

Cum tota nostræ mentis intentio, sit christianorum ecclesiam reunire, palpato per experientiam rerum magistram, quod per viam renunciationis, obstante iniquorum malitia, id efficere hucusque nequivimus, quam pure et sincere obtulimus, et in eadem perseverantes persistimus, et adhuc persistere non desistemus, secundum formam et intentionem nostri voti et juramenti; nescientes divini secreta consilii, operimentum per effectum dejuvantis, quia vane sunt cogitationes hominum, ad viam juribus et antiquis consuetudinibus approbatam nos convertimus, generale concilium, quod omnes vias ad unionem includit, nullam penitus excludendo, quodque congregare solius Romani pontificis esse dignoscitur, sine cujus auctoritate factum, non concilium, sed conciliabulum aut conventiculum dicitur, et definitur nullum existere: ad festum Pentecostes immediate sequentis, et in provincia Aquilejensium, et exarchatu Ravennatensi, divino auxilio invocato, de fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica, præsentium tenore indicimus, et etiam convocamus, per apostolica scripta mandantes, quatenus venerabilibus fratribus nostris universis et singulis patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, et dilectis filiis electis, et aliis ecclesiasticis prælatis, ac reliquis in prælaturis et dignitatibus constitutis, qui solent ex dignitatibus, et prælaturis eorum in hujusmodi generalibus conciliis interesse, quatenus ad id se personaliter in eisdem loco et tempore transferant debito, scituri locum, quem ex eis duximus eligendum: quem quidem locum nunc expresse determinare, et denuntiare nequivimus propter varias circumstantias, quibus locus talis unitatis et pacis debet merito circumcingi. Et quoniam pestiferum hoc schisma tolli verisimiliter non speratur, nec dari integritas unionis populo christiano cum effectu, sine dominorum temporalium voluntate, quorum honor et status tangitur: carissimos in Christo filios nostros Rupertum Romanorum, et alios reges, et nobiles viros, duces, principes, cæterosque potentes, necnon communitatum, et universitatum regimina principalia requirimus, monemus, et hortamur in Domino, quatenus ad idem concilium personaliter veniant, aut aliquos viros solemnes doctos, et Deum timentes transmittant, ut fiat Deo annuente, pax et unitas eadem in populo Christiano. Nulli ergo, etc. nostræ indictionis mandati requisitionis, monitionis et exhortationis infringere, etc. Si quis autem, etc. Datum Lucæ, sexto Nonas Julii, pontificatus nostri anno secundo.

Hactenus epistola Gregorii papæ XII. De occasione, loco et tempore ejusdem concilii, et de personis quæ interfuerunt, subjungit quæ sequuntur: subsequenter vero circa finem mensis Junii, Gregorius cum pauca comitiva, curialium et etiam armigerorum a Luca recedens, multum extenuatus in facie, et lividi coloris

ac si jam in puncto mortis existeret, sub salvo conductu ejusdem Florentinorum, datis sibi etiam per ipsos, prout petiit, sufficientibus obsidibus, donec esset in loco tuto, ad eandem civitatem Senensium revertebatur, ubi satis honorifice, ut creditur, ob reverentiam regis Ladislai, quem Senenses tunc et ante reverebantur, et diligebant, per cives et communem populum recipiebatur. Credidit tamen tunc ire versus Ariminum recta via; sed hoc eo iter agente fuit quomodolibet impeditus. Stando igitur tunc per tres menses vel circiter Senis, interim ad dilatandum schisma alios novos cardinales creavit, et postea versus Ariminum transivit, ubi etiam hiemando in Quadragesima tunc instanti, ad terram civitatis Austrię Aquilejensis diœcesis accessit, et ibi circa festum Pentecostes tunc sequens suum conciliabulum celebravit, paucis ibi existentibus archiepiscopis, episcopis, et aliis ecclesiasticis prælatis, aut procuratoribus ecclesiasticorum prælatorum, nec non principum sæcularium, qui in generali concilio per summum pontificem convocato de consuetudine et more interesse tenentur. Hactenus de concilio Aquilejensi Theodoricus.

G. Coll. Addit.

Quod ait supra Niemus, concilium a Gregorio esse convocatum in civitatem Austrię, explicatius habetur in epistola ab Oderico Raynaldo e monumentis Vaticanis edita ad annum 1408. num. 67. qua Gregorius, ut se adversus Pisanum concilium muniret, conventum alium, quem superioribus litteris in provincia Aquilejensi, nullo certo designato loco, indixerat, convocat in civitatem Austrię et Utinum, diœcesis Aquilejensis, quę cum essent vicinę urbes, pro uno eodemque loco haberentur. Epistolam ipsam subjicio.

Gregorius etc. Ad futuram rei memoriam

Ad pacem Christianorum totis affectibus intendentes, diligentissime illa prosequimur quę ad consecutionem sanctissimę atque optatissimę unionis fore credimus opportuna. Cum itaque dudum, videlicet VI. Non. Julii proxime, in civitate Lucana tunc existentes, generale concilium pro sedatione perniciosi et inveterati schismatis, ad festum Pentecostes immediate sequentis, in provincia Aquilejensi, vel exarchatu Ravennate, de fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica per alias nostras litteras duxerimus convocandum, ac propter varias circumstantias, quibus locum hujusmodi habendi concilii accommodari, et per nos, cum non haberemus in potestate nostra, procurari oportebat, tunc in iisdem litteris nostris ipsum locum specialiter nequiverimus declarare, sed alio tempore hujusmodi declarationem reliquerimus faciendam: nos volentes ut omnis ambiguitas tollatur, ac ut universi et singuli, qui adesse debent, ad veniendum præparare se possint, et tempore debito accedere, habita super hoc diligenti consideratione, omnibusque locis provincię et exarchatus præfatorum mature pensatis, tandem ut magis (1) idonei pro qualitate rei, et temporis, civitatem Austrię et Utinum, Aquilejensis diœcesis, quę propter propinquitatem et cohærentiam pro uno loco haberi debent, de eorumdem fratrum nostrorum consilio, auctoritate præfata, pro hujusmodi celebrando concilio eligimus, et per præsentes nostras litteras declaramus: mandantes venerabilibus fratribus nostris universis

(1) forte idoneum.
U

et singulis, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, et dilectis filiis electis et aliis ecclesiarum prelatis, etiam prefulgis, ac religiosis in prelaturis ac dignitatibus constitutis, sive sint catholici, sive schismatici, qui solent aut debent ex dignitatibus aut prelaturis eorum, hujusmodi generalibus conciliis interesse, quatenus ad hujusmodi concilium per nos, ut prefertur, indictum in prefatis loco et tempore, se personaliter conferant, ac requirentes insuper et hortantes in Domino, carissimos in Christo filios nostros reges ac nobiles viros, duces, principes, ceterosque potentatus, nec non communitatum et universitatum regimina principalia, quatenus ad id concilium personaliter veniant, vel idoneos oratores transmittere procurent: ut sic Christi fidelium multitudo in unum congregata, pro pace et reintegratione ecclesie, ac pro eradicando hoc pernicioso schismate, pia et incorrupta suffragia, Deo propitio, valeat exhibere. Nulli ergo etc.

[…] 1408 Datum Arimini XIV. Kal. Januarii, pontificatus nostri anno III.

Prima concilii sessio Austriæ habita est festo corporis Domini, post solemnes supplicationes, sed exiguo presulum numero. Quod utrumque discimus ex sequentibus Gregorii litteris a Raynaldo editis.

Gregorius universis Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint salutem.

Cum pro sacro generali concilio, prout indiximus celebrando, huc venerimus cum venerabilibus fratribus nostris Romane ecclesie cardinalibus, et curia nostra, ad pacem et unionem desideratissimam inducendam, quam dare pro posse intendimus per viam cessionis, et omnem aliam rationabilem, juxta continentiam nostrorum juramenti, promissionis, et voti, et diem sacratissimam Pentecostes pro prima die prefati concilii in Dei nomine acceptaverimus, factisque Altissimo laudibus et orationibus processionaliter, prout convenit tante rei, primam fecerimus sessionem in gloriosissimo festo corporis Christi pretiosissimi, secundam indicentes ad vicesimam secundam diem hujus (quas quidem sessiones intendimus protelare, ipsa interim nihilo minus cum presentibus sic substantialia disponentes, quod mox ut fuerit decens prelatorum numerus congregatus, finalis, quantum nostra fuerit, introducatur effectus) universitatem vestram in Domino requirimus et hortamur, mandantes venerabilibus fratribus nostris, patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, et quibuscumque aliis ecclesiarum prelatis, debentibus ex suis prelaturis vel dignitatibus sacre synodo interesse, quatenus ad hoc sacrum generale concilium, sine more dispendio studeant personaliter se conferre, et carissimos in Christo filios nostros reges, ac nobiles viros, duces, principes, ac alios magistratus communitatum et universitatum, affectuosa etiam obsecrantes, ut ad idem concilium personaliter, si possunt accedant; sin autem suos idoneos nuntios debeant destinare, ita quod eorundem assistente presidio, tractari valeant atque fieri que Dei sunt, et pacis, ac unionis populi Christiani, etc. Dat. in civitate Austria, Aquilejensis diœcesis, XII. Kal. Julii, pon-

Christi 1409. tificatus nostri anno III.

Que vero deinde secuta sint, docet Raynaldus, quæ collegit ex Gregorii ipsius litteris, quarum ipsi copia ex Vaticano tabulario facta, etc.

Secuta, inquit, ob episcopis ejus injuria, cum in magnam adduceretur invidiam concilium ad schismatis propagationem molitum, misit ille Nicolaum episcopum Feretranum, et Dominicum designatum Heliensem Venetias, ut objecta anathematis pena, illius provincie presules ad synodum cogerent. Sed.

Seneti Alexandro, esse doctorum sententia, quamvis Gregorius Senatus esset, adlegerent.

In secunda sessione synodus in civitate Austriæ congregata, ubi pluribus de electione Gregorii historiam retexuit adversus Alexandrum, quem Petrum e Candia vocat, ac Petrum e Luna, sententiam hanc tulit.

Sententia lata in concilio generali domini papæ
Gregorii in civitate Austriæ Aquilejensis
diœcesis.

Cum nomine invocato, sancta et universalis synodus universalem et catholicam ecclesiam repræsentantes, ad quam cognitio et decisio hujus causæ noscitur pertinere, sancti spiritus gratia, in hac collegiata Ecclesia S. Mariæ civitatis Austriæ Aquilejensis diœcesis, sacri concilii inibi de mandato et auctoritate sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Gregorii papæ XII. ac universalis ecclesiæ summi pontificis congregata pro tribunali sedens, visis omnibus et singulis actis, actitatis, juribus, et depositionibus testium in hujusmodi causa unionis et aliis documentis, ipsam sanctam synodum ad infrascriptam definitivam sententiam inducentibus, habita inter ipsos ac etiam cum quamplurimis magistris theologiæ, ac utriusque juris doctoribus diligenti collatione, et tandem deliberatione matura, omnes pariter in hanc sententiam reperimus unanimiter concordare omni modo, via, forma, quibus magis et melius potest de jure etc. Et infra: Pronunciat, decernit, definit, et declarat, electionem, inthronizationem de dicto sanctæ memoriæ Urbano papa VI. et subsequenter Bonifacius IX. Innocentio VII. Romanis Pontificibus, fuisse canonicas, ~~summaque debitum debuisse et debere sortiri effectum ipsumque sanctæ memoriæ~~ nec non electionem, inthronizationem, coronationem de sanctissimo domino nostro domino Gregorio papa XII. factas, fuisse et esse canonicas, summque debitum debuisse et debere sortiri effectum, ipsum sanctæ memoriæ Urbanum papam VI. et suos successores Bonifacium IX. Innocentium VII. fuisse indubitatos, et veros pontifices universales catholicæ ecclesiæ, et nunc Gregorium papam, fuisse verum et indubitatum papam, ac universalis catholicæ ecclesiæ summum pontificem: nec non pronuntiat, decernit, et definit, et declarat electionem damnatæ memoriæ Roberti Gebbenensis antipapæ, et deinde Petri de Luna, ac Petri de Candia, fuisse et esse nullas, temerarias, illicitas, et injustas, et de facto sacrilege præsumptas, ipsisque damnatæ memoriæ Roberto Gebbenensi, Petro de Luna, et Petro de Candia, in papatu, seu titulo papalis dignitatis, nullum jus competiisse, neque competere, ipsosque Petrum de Luna, et Petro de Candia fuisse et esse notorios schismaticos, et pertinaces, notoriisque perjuriis irretitos, et Ecclesiam Dei scindentes notorie, ob hoc omnino dignitate papali, et alia quacumque se reddidisse indignos; et factas per eosdem conjunctim et divisim quascumque ordinationes, promotiones, collationes, et provisiones, immo profanationes, et alia quæcumque per eos tanquam summos pontifices, seu eorum vel alterius eorum auctoritate ordinata, decreta, vel gesta, ac omnia et singula exinde vel ob id subsecuta, damnat, cassat, et irritat, et nullius decernit fuisse et esse roboris vel momenti, oppositionesque, spoliationes, perturbationes, vexationes, et impedimenta, dicto sanctæ memoriæ Urbano papæ VI. et deinde Bonifacio IX. Innocentio VII. per dictum damnatæ memoriæ Robertum et postmodum Petrum de Luna factas fuisse, et esse nullas, temerarias, et,

subsequenter dicto Domino nostro Gregorio Papæ XII. factas, similiter esse temerarias, illicitas, et injustas et de facto præsumptas; ipsumque sacratissimum dominum nostrum Gregorium papam modernum, ad possessionem obedientiæ suæ per universum mundum et sanctam ecclesiam catholicam, et ad jurisdictionem papalem et liberum exercitium ejusdem, nec non terrarum, civitatum, oppidorum, castrorum, vel quasi omnium et singulorum bonorum S. R. E. quibus de facto spoliatus extitit, restituendum fore, et restituit: dictisque Petro de Luna et Petro de Candia, tam conjunctim, quam divisim, de et super oppositionibus, spoliationibus, et impedimentis, ac papatu, perpetuum silentium imponendum fore, et imponit, inhibetque eisdem Petro de Luna et Petro de Candia ne aliqui eorum se pro summo pontifice nominare, aut etiam gerere præsumat, necnon pronuntiat, decernit et declarat, præfatum dominum nostrum, dominum Gregorium papam in prosequendo facto unionis ecclesiæ (in quantum in eo fuit) necessariam diligentiam hactenus pro extirpatione hujus pestiferi schismatis, habuisse, quod occasione voti et juramenti in conclavi et post factorum, non fuit, nec est aliquo crimine perjurii vel transgressionis voti irretitus: diffamationes quoque, detractiones, et alias injurias ac opera sacrilega contra præfatum dominum nostrum, dominum Gregorium papam XII. per præfatos Petrum de Luna, et Petrum de Candia; et eis adhærentes, fuisse et esse temerarias, illicitas, et sacrilegas, et injustas, et de facto præsumptas et præsumpta; ipsisque et eorum cuilibet sub ipsis perpetuum silentium imponendum fore et imponit: et nihilominus prohibet eisdem; ne de cætero aliquis eorum faciat vel perpetret similia in futurum: necnon decernit et declarat universos Christicolas, etiamsi imperiali, regali, aut alia quavis præfulgeant dignitate, ne eisdem Petro de Luna, ac Petro de Candia, tamquam summis pontificibus, aut eorum alteri, per præfatos reges et alios cujuscumque sint gradus, ordinis, aut conditionis præstitas, nullas fuisse et esse, ipsasque relaxandas fore, et ad cautelam relaxat. Et nihilominus super omnibus aliis in hac causa deductis, et petitis, et declaratis, et probatis, potestatem pronuntiandi, decernendi, et diffiniendi, sibi in posterum ad locum et tempus congruum reservat.

Ego Marinus episcopus Aprutinus de mandato et commissione sacri synodi sic pronuntiavi, et me propria manu subscripsi.

Sessio deinde alia celebrata est quinto septembris, teste Theodorico Niemo lib. 3. cap. 45. Quamdam, inquit, congregationem fieri fecit, in illa designans intentionem suam quoad schisma hujusmodi tollendum, prout ejus verba sonabant in quadam schedula, cujus tenor sequitur et est talis.

Sanctissimus dominus noster, dominus Gregorius XII. ardentissimus ad sanctissimam unionem, illam cupit totis affectibus introducere. Verum quia per formam in conclavi conceptam, propter profanationes apostatæ Petri de Candia videtur quod unio fieri non possit, per renuntiationem ipsius et Petri de Luna, nisi modificatio aliqua fiat: hinc est quod pro clari et perfecta consecutione unionis præfatæ proponit et acceptat hos modos; videlicet, quod idem sanctissimus dominus noster, ex abundanti desiderio cordis sui ad ipsam sanctissimam unionem perficiendam paratus est realiter et cum effectu renuntiare papatui, si et quando simul et personaliter ac præsentialiter in eodem loco Petrus de Luna et Petrus de Candia suis prætensis juribus in papatu renuntiabunt, secundum formam ipsam conceptam in conclavi, adhibita ista modificatione electionis futuri pontificis, quæ habebat fieri a cujuslibet obedientiæ duabus partibus gerentium se pro cardinalibus; ita quod in hoc casu ad verum ipsius papatum, et qui sic fuerit electus suo consensu pro verissimo Romano pontifice habeatur. Item ne ex difficultate loci possit differri pax ecclesiæ, et unio imperii, ex tunc concedit plenam et liberam potestatem illustribus Regibus Ruperto Romanorum, Ladislao Jerusalem, et Sigismundo Ungariæ regibus, concordanti

de loco, cum adversariis et ipso eligendo: qua concordia, et electione facta paratus est, infra terminum per eosdem reges assignandum, ad dictum locum accedere, et ibi debitum suum facere, prout in precedenti capitulo est expressum.

Item, si super premissis, quod absit, adversarii concordare non vellent, ne differatur factum sacratissime unionis, ex nunc concedit plenam et liberam facultatem et potestatem prefatis adversariis super concilio generali, ab omnibus partibus convocando, et locum etiam ad illud celebrandum eligendo qua concordi electione facta, paratus est ad dictum locum accedere, et stare deliberationi in qua cujuscumque obedientie major pars convenerit, id est, quod deliberatio illa sit facta a majori parte obedientie Petri de Luna, et majori parte Petri de Candia simul, ita quod deliberatio ipsa sit trium obedientiarum, illud idem acceptantibus et facientibus Petro de Luna, et Petro de Candia gerentibus se pro papis.

Et ut predicta possit citius et habilius suum consequi effectum, dicit et vicanti super eis, quod infra annum a die presenti secuturum prefati reges habeant potestatem et facultatem liberam et plenam ad exequendum predicta. Et, si eis tunc videbitur expedire, concedit eisdem quod possint dictum terminum annuum usque ad unum alterum annum tunc proximum, secundum eorum beneplacitum, prorogare et non ultra, ipsis regentibus ipsius domini nostri pape per manentibus. Ad que omnia pertractanda placeret prefato et sanctissimo domino nostro pape, quod dicti reges, et quantum placeret eis, sibi assumerent magnificum Carolum de Malatestis, qui est valde avidus ad sacratissimam unionem. Lecta fuit scriptura in sacra synodo civitatis Aretine congregata, die Jovis v. septembris MCCCCVIII (a) Pontificatus nostri anno III.

a) Pro 1409 [...] Pontificatus sanctissimi D. nostri Gregorii

Hec autem Raynaldus, subjicit ex iisdem collecta monumentis — Ad promulganda hec decreta, confirmandasque suas partes adversus Alexandrum V. et Petrum a Luna, aliosque, cum iis sentientes, Gregorius plures legatos creavit, nimirum Albertum episcopum Poznaniensem in Polonia, Sbinconem archiepiscopum Pragensem in Boemia, Nicolaum episcopum Camincensem in Pomerania, [...] episcopum Wintoniensem in Anglia: in Insubria Bartholomeum episcopum Placentinum, quem etiam ea instruxit auctoritate, ut majoris instar penitentiarii sacras exomologeses exciperet, prescripsitque formulam, ex qua ad ipsius partes veteres conciliaret [illegible]

F. Jo. Fran. Bernardi Mariæ de Rubeis
Ordinis Prædicatorum
Animadversiones

I Concilium istud, quod Aquilejense in Austria nuncupavit Severinus Binius, appellari debere Concilium apud civitatem Austriæ in Aquilejensi Diœcesi, recte admonet Philippus Labbeus in nota margin. sic enim Gregorii XII. litteræ quæ post sess. I. habentur, datæ in Civitate Austria Aquilejensis Diœcesis dicuntur, et in sessione quæ die quinto Septembris celebrata est, Ulderico Niemo teste ejusdem Gregorii schedula exhibetur, quæ lecta dicitur in sacra synodo civitatis Austriæ congregata. Labbei admonitionem neglexisse, actaque Concilii dormitando percurrisse videtur Joannes Harduinus, qui prædictum Concilium simpliciter Aquilejense nuncupat: cum eodemque lapsus est Jo. Albertus Fabricius lib. IV. Bibl. Gr. Vol. XI. in notitia Conciliorum chronologica.

Hæc Austria Civitas est, quam ad Natisonem fluvium sitam supra Utinum ad ortum æstivum m. p. VIII. veteres Forumjulium appellarunt. Ab eadem, utpote principe Urbe post dirutam Aquilejam, nomen accepit et ipsa Provincia, quæ antea regio Carnorum dicebatur, ut a Forojulio provincia distingueretur. Urbs ipsa, dicta nunc legitur Civitas Forumjulium, nunc Oppidum Forojulii, demum et Castrum Forojuliense: quibus nominibus passim eam vocat Paulus Diaconus in suis de gestis Longobardorum libris. Civitas deinceps Austria, vel Austriæ frequentius appellata est. Nominis originem felicissime detexerunt Justus Fontaninus Archiepiscopus Ancyranus in eleganti epistola delle Masnade edita Venetiis anno MDCXCVIII. et Philippus a Turre Episcopus Adriensis in Dissertatione de Colonia Forojuliensi. Nempe cum Longobardi sedem imperii in Urbe Ticinensi fixissent, Provinciam Forojuliensem, quod ad plagam orientalem posita esset, nuncuparunt Austriam: quo etiam modo Austria et Austrasia ea pars Galliæ dicta est, quæ ad orientem erat. Inde ergo Forojuliensi urbi nomen acceptum, dum vocari cœpit Civitas Austria, vel Austriæ. Conjecturæ documenta afferunt bene multi laudati illustrissimi viri. veramque eamdem putabat Anonymus Mediolanensis in Dissertatione de tabula chronologica medii ævi, in Prol. sec. VIII. num. 26. Tom. X. Scriptorum Italiæ.

Ipse Nichil filius Everardi de Meganuia detentus et captus de mandato prefati D. Todemi comitis et Vicarii Imperialis propter suspitionem contra ipsam laborantem quod iam sunt septem anni, quo stetit cum q. Ser Dogmo de Castello et cum Francisco eius filio, qui suis viribus et posse ... Tristano de Savorgnano et favit. Interrogatus per nobilem virum Condolfum Capitaneum in castro Cofrumberge, interrogatus quum recessit a dicto Francisco, dixit quod sunt tres septimane. Item dixit quod hoc anno ante resurrectionem D. N. Jesu Christi [quam] Tristanus de Savorgnano de nocte intravit Utinum, ipse erat familiaris Francisci Ser Dogmi, qui Franciscus dicta nocte cum dicto Tristano ipsam Terram Utini intravit cum sex equis et quinque sociis inter quos ipse Nichil fuit unus et fuit Johannes de Tricesimo, Jancilus Sbez, Blasius de S. Margareta et Simon de Savorgnano familiares ipsius Francisci.

Item dixit quod Rigardus de Castello frater dicti Francisci dicto Francisco misit de Castello ad portam Utini quatuor familiares qui intraverunt cum dicto Tristano et Francisco dictam Terram Utini ipsa nocte, quorum nomina sunt hec. Tristanus de Alemannea, Paulus de Austria, Janilinus de Franconia et Magrilin de Castello familiares ipsius Rigardi.

Actum prope suo.......

Et ego Petrus de Vinea de Pulcinico publicus imperiali auctoritate Notarius his omnibus interfui et rogatus scripsi.

Item dicta nocte dixit quod D. Simon de Colloreto dicto Tristano ad Terram Utini misit duos familiares qui ipsa nocte intraverunt cum Tristano Terram Utini et unus vocabatur Jancilinus, de alio non recordatur.
Item dixit quod vidit unum equum album Ser. Dorici de Colloreto quem equitabat unus ragazenus Tristani et quem equum Ser Odoricus sibi accomodaverat.
Item dixit quod Lovisius de Strasoldo dicto Tristano eadem nocte misit tres familiares et tres equos qui intraverunt ipsa nocte cum dicto Tristano Terram Utini, nomina quorum familiarium sunt, Jacobus Rabiosus et duo alii teutonici nomina quorum ignorat et bene cognovit equos suos et unum (mosidum o moridum ?),
Item dixit quod Varnerius de S. Daniele dicta nocte dicto Tristano misit duos familiares qui eadem nocte similiter intraverunt, nomina sunt, Chillman et alius Herich Pean.
Item dixit quod Ottil filius Moyses de Utino eadem nocte iuvavit Tristano per manum intrare muros Utini et vidit hoc.
Item dixit quod post introitum ipsius Tristani, Ser Franciscus pretiosus misit unam capsiculam parvam ponderis librarum 200 librarum Tristanii de Savorgnano Tarcentum per quendam rusticum de Tarcento cum uno curru. —

1412, 3 agosto. Udine. Protesta del Comune d'Udine contro la pretesa di Luogotenenti Imperiali di voler privarlo de' beni confiscati a Tristano di Savorgnano

MSS. Ongaro, Bibl. Veron. VII. 666, 15, p. 193

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCCXII, ind. V, die tercio Augusti, actum in Castro Utini Aquil. Dioc., in tinello presentibus ven.li viro D. Johanne Cont. de Civ. Austrie, Leonardo filio ser Johannis domine Bette de Utino, Ottremano filio Michaelis de Villaco, Volrico q. Volrici Mazarolo de Baxilperg testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Cum heri in pleno Consilio Utini egregii et nobiles viri Ottreman de Stain et Paulus Glovicer Commissarii deputati per magnificum et potentem DD. Fedemnum Comitem in Ortenburg et in Sterimbergh S. R. Imperii in Patria Forijulii Vicarium generalem ad intromittendum, impediendum, vendendum et alienandum bona Tristani de Savorgnano, Francisci, Nicolai et Chulaulti de Savorgnano et eorum complicium et sequacium iuxta continenciam litterarum Regie Maiestatis et prefati Domini imperialis Vicarii et ipsa bona in statum, augmentationem et conservationem Eclesie Aquilegensis, Patrie F. J. et Terre Utini et aliarum Terrarum, sicut de huiusmodi commissione facta dictis Ottremano, Paulo Gforier et Benedicto Vennecher contrahat per publicas et patentes litteras prefati D. Vicarii imperialis cum eius vero sigillo sigillatas, tenorem litterarum Regie Maiestatis in dicto Consilio Utini lectas et vulgarizatas, quibus sic factum, prefati DD. Commissarii volentes mandatis prefati D. imperialis Vicarii obedire ut tenentur, requisiverunt prefatam comunitatem Utini ut literis prefate R. M. parere et obedire debeant et iuxta obedienciam factam R. M. ut fideles Sacri Imperii et prefati D. Vicarii velint et eis placeat in his exequendis [illegible], [illegible], consilium et favorem Comunitatis Utini dare et prestare ut eorum commissionem executioni

Actum Prate sub........

Et ego Petrus de Vinea de Pulcinico publicus imperiali auctoritate Notarius his omnibus interfui et rogatus scripsi.

debite mandare possint. Quibus sic in dicto consilio Utini expositis, per prefatos DD. ... fuerit responsum fuit, quod eis placeat tradere et quod supra hoc deliberabitur et eis responsum dabitur.

Ubiquidem in presentia dictorum testium et mei Jacobi notarii, D. ... de Cignottis legum Doctor, Corbellus, Federicus de Utgulzano et Johannes notarius Missolini & etiam pro parte Com. Utini prefatis DD. Othemano et Paulo Gfovicer Commissariis ut supra responderunt in hunc modum videlicet quod precibus et instantiis quibus Com. Utini potest et valet, ... et instat eis quod supra ista commissione eis facta per prefatum D. Vicarium imperialem velint supersedere donec ipsa Comunitas supra hiis R. Maiestatem valeat informare, non obstante ... prefata R. M. scripsit ipsa Comunitas supra hoc et non ... habuit responsum a prefata R. M.

Ubiquidem prefati DD. Commissarii prefato D. Lovisio, Corbello, Federico et Johanni responderunt quod non habent in mandatis supersedere, rogantes ut intentionem ipsius Com. Utini si vult parere litteris R. M. ... prefati D. Comitissius ... declarare velint et debeant quibus DD. Commissariis prefati DD. Lovisius, Corbellus, Federicus et Johannes ... responderunt in hunc modum, quod prefata Com. Utini ... iure et consuetudine a tempore quo hominum memoria non est in contrarium, quod si sunt aliqui proditores et rebelles et ... terre Utini quorum bona veniant confiscanda propter eorum delicta, sicut sunt bona prefati Tristani et sequacium, applicentur Comunitati et non alteri persone et attento etiam quod D. Pipo comes ... nomine R. M. per litteras suas promisit ipsam Com. Utini et eius cives in eorum antiquis iuribus et consuetudinibus conservare et manutenere et propterea ipsa Com. Utini nullo modo vult consentire quod ipsi Commissarii de bonis

sequestratis se impediant, quum spectat ad Comunitatem Utini et non ad alios.

Ubiquidem prefati DD. Comissarii in presentia dictorum testium et mei Jacobi notarii protestati fuerunt quod per ipsos non stat velle facere debitum eorum suppe comissum, sed per Com. Utini assentire nolentem, rogantes me Jacobum ut de predictis conficiam publicum instrumentum.

Item dicta die in publica platea Utini, presentibus D. Helia canonico Utinensi et Ser Antonio de Cavalcantibus de Utino, D. Christoforus de Valentinis de Utino Capitaneus Utini prefatis DD Commissariis respondit ut supra. =

Factum Prate sub. ..

Et ego Petrus de Vinea de Pulcinico publicus imperiali auctoritate Notarius his omnibus interfui et rogatus scripsi.

1412 · 17 agosto Prato

Il Cav. Nicolò di Gamist (o Genust) capitano di Soligo crea un suo Procuratore a ricevere denari dai Cividalesi promessi al Re Sigismondo d'Ungheria

(Da pergamena nel Cod. Nelseo).

In Christi nomine amen. Anno ejusdem nativitatis millesimo quadrigentesimo duodecimo, indictione quinta, die decimaseptima Augusti, presentibus Nobili Milite D. Jacobo q. D. Johannis da ..., Nicolao filio Ser Johannis de Agripolle de Serravalle, Desiderato notario q. Desiderati de Porciliis, Articho filio Magistri Johannis de Porciliis, Damele q. Johannis, Ser Francischino de Prata testibus et alijs pluribus vocatis et rogatis.

Magnificus et Potens Miles D. Nicolaus de Gamist Capitaneus Soligensis omnibus modis, via et forma quibus melius inuit et potuit de jure fecit, constituit et ordinavit egregium Militem D. Johannem dictum Cobile, Boemum absentem tanquam presentem et hoc mandatum in se sponte suscipientem, suum verum nuncium, actorem, factorem et legiptimum procuratorem specialem et generalem et specialiter ad petendum, exigendum et recipiendum a Nobilibus viris Ser Adamo, Ser Nicolao de Portis, Ser Guidalino de Puppio et a Francisco Cambi ...... civitatis Austrie omnes et singulos denarios quos debet habere a predictis vigore unius promissionis sibi facte, recipienti vice et nomine Illustrissimi Principis D. Sigismundi Regis Romanorum et Ongarie dans ex nunc et tribuens dictus constituens dicte procurationi sue plenam licentiam et arbitrium faciendi finem et remissionem de omnibus receptis per ipsum ac faciendi in predictis sicut idem constituens facere posset si personaliter interesset, promittensque dictus constituens perpetuo firmum, ratum et gratum habere et tenere omne ac totum quod in predictis et circa predicta per dictum Procuratorem suum actum, gestum, factum fuerit et procuratum sub ypoteca et obligacione omnium suorum bonorum presentium et futurorum.

Actum Prate sub... ....

Et ego Petrus de Vinea de Pulcinico publicus imperiali auctoritate Notarius his omnibus interfui et rogatus scripsi.

Adamo dei Formen... di Cividale.

[illegible]

1412, 23 agosto Cividale. Il Vicario Patriarcale d'Aquileja, sede vacante, proibisce al clero della Diocesi di ammettere a funzioni pontificali, fatte da Fra Gio. Pietro Vescovo di Tino che non ne aveva ottenuta la facoltà dal Papa.

Dagli atti di Pre Enrico Praytenraiter Scriba Patr.le
Coll. Portis in Cividale. Orig.

Nicolaus de Portugruario decretorum doctor ac Capituli Aquilegensis Patriarchali sede vacante Vicarius Generalis, Universis et singulis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Archidiaconis, Parrochialium Rectoribus Ecclesiarum, Vicariis, Capellanis et Clericis, aliisque utriusque sexus hominibus et personis quibuscumque per Civitatem et Diocesim Aquilegensem ubilibet constitutis ad quos presentes pervenerint salutem in Domino.

Vobis universis et singulis prelibatis presencium tenore notum facimus, quod noviter ad nostrum pervenit auditum quod in dicta Aquilegensi Diocesi et maxime extrinseca Reverendus Pater frater Petrus Johannes Episcopus Tiniensis officium pontificale exercet ecclesiasticas capellas consecrando et reconciliando, clericos ordinando, aliaque faciendo quod ad officium pontificale pertinet. Cumque prefatus Episcopus careat executione pontificalis dignitatis saltem in Diocesi Aquilegensi, Vobis omnibus et singulis ad quos presentes pervenerint sub debito obedientie et sub excomunicationis pena presencium tenore precipiendo mandamus districtius inhibentes ne de cetero a prefato Episcopo Ordines quoscumque Sacros aut minores recipere aut per ipsum Ecclesiasticas Capellas, Cimiteria aut alia quecumque consecrari permittere quomodolibet presumat.

vitantes, vos quod clerici taliter forsitan per ipsum ordinati, dispensaciones et ecclesiastice capelle, cimiteria et alia consecrata reconciliacione seu reordinatione procul dubio indigebunt; certificantes vos quod nichilominus contra contrarium facientes ad dictam excomunicacionis sentenciam et alias prout iuris fuerit procedemus, ipsorum aut alicuius ipsorum contraria non obstante. Nos autem etc.

Datum in civitate Castri dicte Diocesis, die xxiij augusti anno domini MCCCCXII, V indictione.

1412, 25 agosto Udine. I Luog. tenenti Imperiali dichiarano al comun di Udine, di non prender possesso dei beni e confiscazia Tristano di Savorgnano e protetta dal consiglio.

MSS Cicogna, Bibl. Venez. V 606, 15, pag. 41.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCCXII, ind. V, die vero XXV augusti; in Utino in stupa Consilii Civitatis Utini; presentibus ser Tomado notario q. ser Tomadi de Roncouibus, Johanne notarioq. Tomadi de Clauglano Utini habitante testibus etc.

Ibique honorabiles et prudentes viri Johannes Orimpech filius ser Christofori Orimpech de Alemanea et Nathayslig. Mertifli de Radmistorf tanquam nuncii speciales et missi per nobiles viros Ostremonum de Stan et Paulum Glorricer Commissarios deputatos per magnificum et potentem Dnm Federicum comitem in Ortemburgh et Sterinberg Sacri Romani Imperii in Patria Fori Julii Vicarii in et supra bonis Tristandi de Savorgnano etc et eius sequacium, prout in commissione eorum eis facta latius et plenius dignoscitur contineri, ibidem in presentia dictorum testium et mei Jacobi notarii mandaverunt ex parte regie maiestatis prefati D. Vicarii et dictorum Commissariorum nobilibus viris Dominis Christoforo de Valentinis de Utino Capitaneo Terre Utini, Lovisio de Cignotis legum Doctori, Gregorio de Archoreanis, Curbello, Alexandro draperio, Nicolao Raynoldi, Hermacore de Camino, Simone Manini et ser Jacobo Tomasini de Utino representantibus Comunitatem Utini, quod se non debeant impedire nec intromittere de bonis, redditibus et affictibus, introitibus et extrationibus Tristani de Savorgnano. Quo mandato

cives in facto prefati Domini representantes Comunitatem Utini dicto mandato non consenserunt, protestantes quod ipsi et dicte Comunitati et civibus eius sit salvum et reservatum omne ius quod habent in bonis dicti Tristani, dicentes quod dicta Comunitas Utini a iuribus et consuetudine habet a temporibus a quibus hominum memoria non est in contrarium, quod si est aliquis proditor et rebellis Comunitatis Utini sicuti fuit ~~civis suus~~ et est dictus Tristanus, cuius bona veniunt confiscanda confiscantur Comunitati Utini et non alteri persone et etiam dicta Comunitas Utini et cives eius magnam quantitatem pecuniarum habere debent a dicto Tristano et etiam magis quia domos fecit ponere ad saccomannum, de quibus ipse et bona sua sunt eis obligata ob hanc causam et etiam quia D. Pipo cum nomine regie Maiestati fecerunt obedientiam promisit ipsam Comunitatem et eius cives in eorum iuribus antiquis conservare et manutenere et similiter fecit Rev.mus d. D. Lodovicus Dux de Deck ante sedis Aquilegensis Patriarcha electus et ob has causas dicto mandato parere non intendunt, sed supra hoc scripserunt regie maiestati et supra hoc adhuc nullum habuerant responsum.

Prefatus vero D. Christoforus Capitaneus tanquam Capitaneus obtulit et dixit se dicto mandato velle parere, sed tamen civis Comunitatis Utini dixit se velle facere sicut fecit et faciet Comunitas sua.

1412, 31 ag.to Cividale . Rendiconto del Canipario Patriarcale prigioniero per difetti di rendiconto.

Mss. Ongaro, Bibl. Civ. na, V. 066, 15 p. 105

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCCXII, ind. quinta, ult.o augusti; actum in broyulo patriarchali Civ. Austrie, presentibus dn. Guglielmo Leopold, Nicolao [illegible] Ponte in Civ. Austrie, Johanne [illegible] de Civ. Austrie canonico Civitatense testibus etc.

Cum hoc sit quod Jacomellus Amadei de Veneciis olim Caniparius Canipe [illegible] D. Patriarche captus detentus fuisset et captivatus pro ratione dicte canipe non facta per ipsum Jacomellum Domino Patriarche seu Locumtenenti et [illegible] prefatis de dicta ratione reddenda et de dando illud in quo reperiretur fore obligatus per totum presentem mensem augusti. Nunc vero in presentia dictorum testium et mei [illegible] [illegible] Johannes Rector in [illegible] et Paulus [illegible] Locumtenentes Rev.mi DD. Lodovici Dei de Dech Patriarche Aquilegensis dixerunt et affirmaverunt audivisse et recepisse rationem a dicto Jacomello Caniparo sicut continetur in quadam cedula scripta manu mei Jacobi de dicta ratione, supra quibus omnibus et singulis consideratis et considerandis singula fuerunt sibi remissa exceptis 2 ducatis quos Johannes Quaglanus pro ipso dare promisit et [illegible] usque ad diem dominicam futuram cum hoc quod si reperiretur in posterum ipsum Jacomellum plus recepisse quam illud de quo rationem reddit teneatur etc.

Insuper supra certis negotiis de conductione bladorum et ciboriorum versus Venecias de quibus creditur, posuit fideiussores Petrum q. Antonii Golant de Utino et Luchinum notarium de Aquilegia de parendo

iuri quam per Dominum nostrum Patriarcham vel eius officiales fuerit
requisitus quod tunc a citatione huiusmodi pareat et parere debeat
ab insinuatione citationis computando ad diem octavam et quicquid
quod ipsi amicum determinatores Reverendi Capituli Collegium fuerit
determinatum supra promissis de indempnitatibus actualis [illegible], quod
ipse et fideiussores sui sine contradictione sint parati ad solvendum.
Fideiussores vero stabunt sub hoc usque ad festum S. Martini proxi-
mum futurum et in quantum medio tempore indicatum non fuerit convictus
vel acquisitus. Si autem fuerit litis pendencia et mota questio
inter D. nostrum Patriarcham et nos contra ipsum et nos tenentur stare
fideiussores predicti in ~~[illegible]~~ casu quod non sit absolutus in termino pre-
dicto S. Martini. Predictus vero Jacomellus promisit parere iuri
supra premissis quibuscumque futuris temporibus ipso in Patria
existente, de indempnitatibus istis secundum formam iuris
quandocumque fuerit requisitus debeat parere iuri. Supra quibus
omnibus caucione sufficienti recepta per prefatum Patrum et La-
chinum et Johannem Apothecarium remanserunt contenti absolventes
omnes et singulos hos fideiussores qui pro eo steterunt sub pena CCCC
ducatorum eum presentando per totum mensem Augusti; ulterius
de non molestando ipsum per D. Patriarcham et eius Locumtenentes,
que omnia Jacomellus firma habere promisit.

indicato

1412 · 4 Settem. ... Testamento ... Squarra ... Portogruaro

22

Copia testamenti olim Squarrini

In Christi nomine amen. Anno eiusdem Nativitatis Millesimo quadringentesimo duo
decimo Indictione quinta. Die quarto mensis Septembris Actum in Civitate Austrie
Contrata Maioris monasterii sancte Marie in valle in camera domus altaris
sancti laurentii situati in Maiori Ecclesia sancte Marie ipsius Civitatis in qua
olim habitare solebat quondam presbiter Julianus olim capellanus ipsius altaris sancti laurentii
in qua camera infrascriptus testator languens iacebat presentibus ... Guglielmo ...
in dicta Civitate q. Venes de Bononia: Dominico q. Nicolai Petro q Nicolai
sillatis Joanne Rubeo q. laurentii, leonardo q. Johannis habitantibus ... de
Orzano, francisco q. Poroli de ... Nicolao filio Radi de ...
Zacho testibus et aliis pluribus ad hec vocatis specialiter et ab infrascripto testa-
tore et eius proprio ore rogatis. Providus vir Squarrinus Squara
q. ser Albini squara de Portugruarii solitus habitare in ... Nunc
existens in dicta Civitate Austrie Dei gratia sanus mente sensu et intellectu
licet corpore languens Non volens intestatus decedere sed volens anime
anime sue providere saluti dispositionem omnium rerum suarum omniumque suorum
bonorum per hoc presens nuncupativum sine scriptis testamentum in hunc modum ...
disposuit et ordinavit. Et primo quidem sepulturam sui corporis fieri
ordinavit et disposuit apud ecclesiam ordinis et conventus fratrum minorum
sancti francisci ipsius Civitatis Austrie Ubi quidem ordinavit per infrascriptum
suum heredem seu per infrascriptum suum heredem honorifice sepelliri. Cui
Conventui et ordini ... fratrum minorum sancti francisci ipsius Civitatis
pro reparatione ipsius ecclesie prefati ordinis legavit semel tantum ... mar ...
soldorum ad emendum reddditus distribuendos in et pro reparatione ipsius ecclesie
ut supra dictum est Ad hoc ut fratres dicti ordinis qui sunt et qui pro tempore
fuerint teneantur annuatim die sui obitus devote celebrare eius anniversarium
Item dixit declaravit et confessus fuit prefatus testator domine Elysabette de dicta
Civitate eius uxori et filie q. Nicolai de Gruviam ibidem ... et ad
eius instantiam habuisse et recepisse super quinquaginta l. ... sol. ...
... domine Elysabethe eius ... xxx ... triginta ... ad ...

ducatos sol ... Et s[upradic]tus Idem Testator ut ibidem asserit confessus fuit et
fuit in quodam instro scripto manu ... certi notarii in actis ... recepisse
quinquaginta marchas sol ipsius dotis et ... pro eisdem quinquaginta Marc
soldoru[m] pro dotis p[re]d[i]c[t]e restituendis securitate constituit et constituit in omnibus
et singulis suis aliis ... bonis mobilibus et immobilibus iuribus et actionibus
debitis et creditis universis Luchinum eius filium legitimum et naturalem eius universalem
heredem et legitimum omnium et singulorum suorum bonorum successorem
et possessorem fecit instituit esse voluit et Mandavit si vero ipse Luchinus
eius filius moriretur in pupillari etate sibi et ipsi propter Luchino eius filio
in pupillari etate morienti D[omi]nam Elisabetham eius uxorem p[re]dictam
substituit vulgariter et pupillariter et quocumque alio iure quo melius valuit
et efficacius tam de iure quam de consuetudine scivit et potuit
Et si casus eveniret quod idem Luchinus eius filius Moreretur ante ipsum
Testatorem ita quod eius heres esse non posset in omnibus dictis aliis suis
bonis mobilibus et immobilibus iuribus et actionibus debitis et creditis universis
prefatam D[omi]nam Elisabetham eius uxorem eius heredem universalem
idem Testator omnium et singulorum suorum bonorum legitimam successricem et
possessricem instituit fecit esse voluit et Mandavit. Tutricem
autem et ipsius Luchini eius filii et omnium suorum bonorum administratricem
Rectricem et gubernatricem et presentis sui testamenti executricem prefatam D[omi]nam
Elisabetham eius uxorem fecit, constituit esse voluit et Mandavit
Ita tamen quod ipsa d[omi]na Elisabetha eius uxor non teneatur reddere aliquam
rationem de administratione per eam de bonis ipsius Testatoris et dicti filii
sui alicui persone d[omi]no iudici nec officiali nec ad aliquam rationem
reddendam de eisdem bonis artari et constringi possit, nec debeat per aliquam
personam iudicem d[omi]num et officialem. Et in casu quo artaretur ad
reddendam aliquam rationem de bonis suis et dicti filii sui et vigore ipsius
rationis reddite in aliquo teneretur id totum sibi legavit et iure legati
remisit et relaxavit. Excepto tamen quod ipsa D[omi]na Elisabetha eius

uxor teneatur de bonis, jus et dicti sui filii facere debitum Inventarium si Tutrix erit ipsius filii sui Et si casus evenerit. Quod dicta dna Elisabet eius uxor oreat et remmitet eius heres Idem Testator comenda et comendavit eidem dne Elisabeth eius uxori animam, suam Ita quod pro anima sua et suorum predecessorum teneatur benefacere et pauperibus elemosinas dare et contribuere. Et hoc quidem dictus Testator voluit et Mandavit esse suum ultimum testamentum, et suam ultimam et extremam voluntatem et valere et tenere jure sui ultimi testamenti, et jure sue ultime et extreme voluntatis Quod et quem si jure testamenti valere non potest, aut non posset voluit Et Mandavit dictus Testator valere et tenere jure ~~sui ultimi testamenti et jure sue ultime et extreme voluntatis, quod et quem~~ Codicillorum aut donationis causa Mortis: et quocumque alio jure et ad pias causas quo melius validius utilius et efficacius valere potest ac poterit et tenere.

Ego Antonius de Civitatecastro q. d. francisco de porta tionsis de Mediolano publicus Imperiali auctoritate notarius predictis superstitibus pro sui Rogatus a dicto Testatore et alius in proprio ore teneore (?) scripsi, et publicavi

[illegible] [illegible]
[illegible]

1412, 15 Settembre Cividale. ~~Nicolò della Barba, Virgilio de' Virgilii di Cividale e Gio Padovano di Colloredo~~ fidei-jussori per Nicolino della Torre che era obbligato a dare 850 ducati al Patriarca d'Aquileja, riceve quittanza del medesimo da Luogotenenti dell'Imperatore e giura fedeltà al Patr. d'Aquileja

MSS Ongaro, Bibl. Veron. Vol. 666.15, p. 131

MCCCCXII, ind. V, die XV septembris, actum in Civ. Austrie in patriarchali palatio Civ. Austrie in stupa superiori presentibus egregiis viris D. Corrado Boyano milite, Virgilio q. ser Stephani de Virgiliis de Civ. Austrie, ser Jo. Paduano q. ser Francisci de Colloreto, ser Zanmucio q. ser Pregonee de Sbroglavacca testibus et cetera in multitudine et cetera

Cum hoc sit quod alias nobiles viri ser Johannes Paduanus de Colloreto, Nicolaus la Barba de Atens et Virgilius de Virgiliis de Civ. Austrie promisisset Rev.mo in Christo Patri et DD. Lodovico Duci de Dech Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarche electo in certum tempus dare et solvere octingentos et quinquaginta ducatos pro nobili viro ser Nicolao de la Turre de Utino sicut de predicta obligatione per prefatos nobiles facta continetur instrumento annotato manu mei Jacobi notarii sub instantibus millesimo, inditione, die XXVIII iulii, ubi quidem in presentia dictorum testium et mei Jacobi notarii, Ven.lis vir D. Volricus Rectorin Ursen et Ottacaron de Stayn Locumtenentes prefati D. Patriarche sicut in commissione eorum continetur per prefatum D. Patriarcham in ipsis facta, cuius commissionis tenor talis est.

Ludovicus de Deck Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Pa
[illegible] clericis universis et singulis tam ecclesiasticis, [illegible] secula
ribus, prelatis [illegible], comitibus et [illegible] terrarum et
locorum per Patriam Forojulii in obedientia nostra et Ecclesiae [illegible]
[illegible] quibuscumque nominibus censeantur salutem et gratiam nostram
[illegible] ecclesiae nostrae et Patriae ut tenemus providere et [illegible] et per
sonam nostram [illegible] arduis occupatis negociis Romani Imperii
[illegible] Aquilegensis Ecclesiae, terrarumque nostrarum et fortilitiorum
Patriae nostrae Forojulii [illegible] in Ecclesia et Patria nostra committi
tur et ut omnia [illegible] effectum, [illegible] et [illegible]
[illegible], diligentiam et executionem, pacta, promissiones, requisitiones,
actus judiciales, spirituales [illegible] vel [illegible] exercendo [illegible]
nobis et [illegible] quibuscumque vices nostras committimus [illegible]
[illegible] et nobilibus viris nostris fidelibus dilectis Volrico Rectori in
[illegible] nostro et Ostremon de Stayn magistro curiae nostrae,
quatenus in factis nostris et Ecclesiae Aquilegensis, Patriae nostrae F. J. et
[illegible] D.D. Federici comitis in Ortenburg Imperialis vicarii et [illegible]
[illegible] nostrae [illegible] Romanum Imperium concernenti
bus, rite et [illegible] procedant, concordiam, pacem, unionem, quie
tationem et remissionem ac absolutionem ad nos spectantes faciant
et [illegible] faciendo culpabiles super commissis tam [illegible] liter
[illegible], penasque [illegible], easdemque secundum sanctiones,
statuta et consuetudines Patriae nostrae Forojulii amplius prout
eis [illegible] videbitur et [illegible], sententias, compositionem,
quietationem et absolutionem quas rite tulerint et nostro nomine fece
rint auctore Domino faciemus inviolabiliter observare. Quare vobis
omnibus [illegible] et [illegible] precipiendo mandamus, quatenus

1412, 19 settembre. Cividale. Il Vicario Patriarcale sede vacante ordina di procedere contro alcuni Preti per tradimento.

Dictati di Pre Simon Pinitensite Sacerdote 6 Lett. Archivio Cividale. 1317.

Nicolaus de Portugruario decretorum doctor ac Capituli Aquilegensis Patriarchalis sede vacante Vicarius Generalis, Venerabili ac egregio decretorum doctori D. Pantaleoni de Bredis de Utino Aquil. Diocesis Canonico Aquilegensis et Civitatensis Ecclesiarum ac honesto discretoque viro Presb. Benvenuto de Utino ibidem in Collegiata Ecclesia B. Marie septimanario salutem in Domino.

Cum publica infamia precedente et clamosa insinuacione referente non per illam a suspectis et malivolis sed fidedignis et autenticis orta personis dolenter percepimus quod Presbiter Jacobus quondam Bertoli de Prato Utini habitans Deum pre oculis non habens sed potius humane nature inimicum prodicionem contra Ecclesiam Aquilegensem, Patriam Fori Julii et terram Utini et universalem rem publicam eamdem nequiter perpetrando divina precepta et sacros canones minime pertimescens temere presumpsit inire et procurare, pertrac(tare) et suggerere nonnullos nefarios et detestandos tractatus et iniquas ac dolosas practicas cum quibusdam Ecclesie Aquilegensis et Universalis rei publicae totius Patrie Forijulij ac specialiter Terre Utini rebellibus et inimicis notoriis tam per litteras proprias quam per personales suggestiones suas in maximum periculum et gravissimam iacturam rei publice, Aquilegensis Ecclesie et precipue totius Patrie Forijulij et specialius dicte Terre Utini ac habitacionum in eadem ac tanto precipue

quod si dicti tractatus ut dictus Presb. Jacobus posse tenus instigabat sicut publica atque clamosa refert infamia, sortiti fuissent effectum, prout provisione divina non fuerunt sortiti, dicta Terra Utini per dictos inimicos et rebelles levissime invasa et occupata fuisset, degentesque in ea secundum quod in huiusmodi novitatibus solet contingere, nedum in rebus sed propriis personis crudeliter et pessime verisimiliter pertractati fuissent. Quare considerantes dicta esse predicta fuisse et esse enormia ymo gravissima ac pessimi exempli et talia que sine remorsu conscientie ac iuris publici lesione non debemus conniventibus oculis pertransire quin ymo ex officii nostri debito compellimur contra ipsum Presb. Jacobum de et supra dictis enormibus delictis, criminibus et excessibus procedere et ipsum debita corrigere pena, attento etiam quod publice utilitatis interest ne delicta sic enormia ac gravissima remaneant impunita et ut ceteris presumptuosis et temerariis talia perpetrandi tollatur occasio et ne ipse presb. Jacobus de sua perfidia valeat gloriari nequicia, considerantes etiam quod nobis propter imminentem guerram ad eam dictam terram Utini tutus non patet accessus, vobis de quorum experta scientia et circumspecta discretione, puraque conscientia plurimum confidimus harum serie committimus, quatenus auctoritate nostra contra ipsum Presb. Jacobum de et supra dictis excessibus et delictis nec non contra

Presb. Jacobum Gervasii Decanum Utini, Presb. Johannem Cichutti

et Presb. Odoricum Forojuven. prout fama publica referre didicimus tunc
tunc et complices prefati presb. Jacobi [illegible] premissis nec non contra quoscumque ~~servato iuris ordine~~ alios

omni exacta diligentia inquiratis, procedatis, de ipsisque cognoscatis

qui in premissis culpabiles dicantur atque fontes, servato iuris ordine,

et si reperitis ipsum presb. Jacobum de Prato aut prefatos presb. Jacobum

Gervasii, presb. Johannem vel presb. Odoricum aut alios clericos quoscumque

prodicionem et tractatus predictos perpetrasse aut alias culpabiles fuisse

et esse in premissis, ipsum et ipsos participato consilio cum peritis et

gravibus ac Deum timentibus, debitis pena puniatis et castigetis

taliter quod ad aliorum cedat exemplum, ceteri talia perpetrandi audaciam

non assumant. Testes autem qui inde extiterint nominati si se gracia

odio vel timore subtraxerint, auctoritate nostra prefata per censuram ecclesiasticam

compellatis veritati testimonium perhibere. In predictis

omnibus et singulis vobis vices nostras totaliter committentes, harum fide

nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Datum in Civitate Austrie

die XIX Septembris anno MCCCCXII, V indictione, pontificatus

anno III. —

1412, 22 settembre. Buda. Lettera del Re de' Romani Sigismondo al Comune di Cividale alla quale annunzia il suo prossimo arrivo in Friuli con forte esercito.

Archivio Capit. di Cividale. (Copiario MSS. [illegible] Coll. Comun.)

p. 97 Honorabilibus Guillelmo Leupoldi Gottaldiane Provisoribus, Consilio et Communi Civitatis Austrie, nostris et Sacri Imperii fidelibus dilectis.

Sigismundus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Rex.

Honorabiles fideles dilecti. Benigne recepit Excellentia nostra litteras quas per presentem Nuncium vestrum misistis et earum plene collegimus intimata et si necessariarum exigente qualitate causarum, quibus consultius aliter fieri posse non vidimus. Regnum nostrum Hungarie non exivimus ad vos et alios fideles nostros Patrie Forijulii incolas usque nunc iter nostrum dirigendo vobiscum modo semper corde fuimus assidueque Domino teste sumus. Et revera si permittente natura fieri posset maiorem corporis nostri partem provideremus vobiscum presentialiter mansuram. Considerantes non quod Venetorum nostrorum rebellium temeritas superstitiosa dum tantis aliis nos deditos negotiis cupiant improvide sibi pleno vento plurima ex absentia forsitan nostra maiestatis usurpant, pensantes enim quod nostra et aliorum nostrorum vota fidelium dum presentia nostra anhelantia sperant de facili prolonga spei prorogatione possent assumere tedium et ideo Regnorum nostrorum undique negotiis salubriter dispositis nos in p. solite sollicitudinis proximo die Sabbati eundos ad Patriam Forijulii in manu forti stabili tenacitate firmavimus et cunctis aliis agendis personam nostram providimus subtrahendam. Sic facti magnanimi ut nullis quasi preteritis fatigati laboribus nullis affectis mozgtibus fastiditi nunc videamur accincti totaliter et gentibus

et alijs rebus utilibusque sicut decet Regiam Maiestatem et opus est parati prefate Patrie vobis et alijs nostris Fidelibus solito fortiores succurrere ac ad erogandum stipendia expensasque faciendas satis con=
sueto nostre munificentie gremium fecundius aperire nec vos de huius=
modi nulla moveat ambiguitas aut nostros in nos ulla defendat formido, quod ubi vos Patriamque prefatam sic affectuose dilexi=
mus manus nostras totumque posse regium a vestris fidelitatibus retrahamus. Nec enim Tristani de Savorgnano suorumque com=
plicum fraudulenta suggestio devotionis vestre constantiam de qua profecto stabilimenta confidimus, taliter permoveat, ut de nobis aliqua dubietas vestris in cordibus vindicare sibi locum possit aut valeat de plena certaque sit vobis de adventu succursuque nostro solidissimo nostris fiducia. Et quod ad nostrorum rebellium de nostra nunc forte glorientur absentia conterendas reliquias tanque liberiores procedemus ac assistet nobis dextera Domini gladium exerere poten=
tius et magnifice intendamus. Nihil nam nobis post terga relinquitur quod causa dubietatis in posterum adducat: nam sublata sunt modo quelibet impedimenta que nostrum hucusque propositum retraxe=
runt. Vos igitur, Viri fortes et laudabiles, quos velut in fidei soliditate firmatos negotiorum et ipsorum qualitas usque reddidit in nostra devotione preclaros spem firmam fiduciamque de premissis conci=
pite sicque viriles et constantes persistite ac ad confusionem

dictorum hostium sicut viros decet industriose vires vestras et rostras oper=
cere, quod inter omnes Fideles nostros vos dignis extollere laudibus et spe=
cialibus prosequi favoribus merito valeamus. Domino namque exercituum
annuente tale in brevi regium videbitis exercitum, quod utique gau=
debitis in tanta fidelitate tantaque constantia prestitisse.
Datum Bude die XXII Septembris, Regnorum nostrorum anno Hungarie
XXVI, Romanorum III.

omni excusatione postposita predictis nostris fidelibus Volrico
et Ottremon in omnibus et per omnia pareatis realiter et in
effectu, singulaque auxilia, consilia et favores vestra pre=
dictis nostris familiaribus et locum nostrum tenentibus im=
pendatis ut comissa per nos executioni debite possint et valeant
demandari, vestraque laudabilis obediencia per nos veniat ap=
probanda si indignationem nostram et culpe nostre volueritis
evitare

Data in nostro palatio nostre Civitatis Tergestine die I augusti MCCCCXII,
ind. V —

fuerunt contenti et confessi habuisse et recepisse a prefato Ser Nicolino
de la Turre pro dicta securitate et promissione factis ducatos auri
octingentos et quinquaginta recipientes vice et nomine dicti D. Patriar=
che ex speciali comissione sibi facta per prefatum Magn. D. Impe=
rialem Vicarium eius cognatum, de quibus quidem octingentis et L du=
catis prefati Domini ~~receptis receptis~~ Volricus et Ottremon quo supra nomine
dicto Ser Nicolino pro se suisque heredibus stipulanti et reci=
pienti fecerunt finem, remissionem, quietationem et absolutio=
nem de predictis ducatis per ipsos receptis, cassantes, annullantes
et revocantes auctoritate eorum prefata omnes et singulas cautiones,
promissiones et securitates per prefatos nobiles vice et nomine dicti Ni=
colini factas, dictum Nicolinum absolvendo et liberando ab omnibus
iniuriis, delictis et criminibus sibi impositis prout et sicut conti=
netur in articulis datis Comunitati Utini per Magnificum et potentem
DD Federicum Comitem in Ortemburgh S. R. Imperii in Patria Fori J.
vicarium Imperialem. Ubi quidem in presentia dictorum testium
et mei Jacobi notarii prefatus D. Nicolinus in manibus prefatorum DD.

Locumtenentium iuravit ad sancta Dei evangelia esse fideles et legales servitores prefati D. Patriarche, Comitis et Sigillegerii Cubiculi et ob hanc causam contra prefatum Dominos Patriarcham et Comitem eorumque familiares et servitores nullum rancorem, malenconiam vel iniuriam facere vel habere.

26

1412, 9 ottobre. Il [illegible] Patriarca d'Aquileja [illegible] Duca di Teck [illegible] Giovanni Vanello di Udine [illegible], [illegible] e protocolli del fu notajo Odorico di Cagna

[illegible]

A.° 1412 [illegible], actum in Castro [illegible] in [illegible] camera [illegible], presentibus D. Vicario [illegible] in [illegible], [illegible] Nicolao de Camino, Vicedomino Portus [illegible] Austrie [illegible] etc.

Coram Rev.mo in Christo Patre et D.D. Ludovico Duce de Teck comparuit Johannes notarius [illegible] et petiit sibi investire debere Notas et investituram facere de Notis q. Odorici de Carnea et ad facta fuit in hanc [illegible]

Ludovicus Dux de Tech Dei gratia Sancte Sedis Aquilegiensis Patriarcha electus tenore presentium notum facimus Universis presentes nostras litteras inspecturis, quod in nostra presentia constitutus providus Johannes [illegible] notarius [illegible] nobis [illegible] supplicavit ut cum q. Odoricus de Carnea notarius cum in [illegible] diem suum clausisset extremum et in [illegible] testamento prefatus [illegible] dicto Johanni notario legasset Notas, [illegible] et Protocolla tam propria manu notata et aliorum Notariorum sibi commissa, illas sibi committere et de eisdem eum investire benignius et gratius dignaremur. Nos vero ipsius Johannis [illegible], [illegible] et sufficienciam attendentes [illegible] in hac parte supplicacionibus tanquam iustis et rationabilibus inclinati, eundem Johannem Notarium coram nobis flexis genibus existentem, de Notis, Abreviaturis et Prothocollis suprascriptis, prius delato sibi debito iuramento [illegible] ipsas Notas, Abreviaturas et Prothocolla

fuit ter, [illegible] [illegible] [illegible] casu, [illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible]

vel variet [illegible], per fimbriam nostre tunice investimus ac videm

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] per presentes —

1412, 30 ott.re. Zagabria. Lettera di Sigismondo Re de' Romani al Comune di Cividale, esortandoli che [illegible] del suo prossimo arrivo, apprestino, armi ed armati e si preparino a celebrare un Parlamento.

Dall'Archivio Munic. di Cividale. Cin copia nei MSS. fortunini della Colleg. Concina.

tergo: Honorabilibus Guillelmo Leupoldi Gastaldioni et Provisoribus, Consilio et Communi Civitatis Austrie nostris et Imperii sacri fidelibus dilectis.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Augustus ac Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Rex

Honorabiles fideles dilecti. Etsi potentie nostre presentiam tam necessarie cause quam utiles in regnis nostris usque nunc tenuere, quia in negotiis huiusmodi regnorum pro voto iam undique salubriter dispositis, ad exerendum gladium et ad conterendas rebellium nostrorum reliquias, ne detur eis forsitan ex absentia nostra diutius gloriandi materia aut ei deatur ex mora nostra tepuisse potentia, expediti cum validissimo exercitu ac aliis rebus necessariis et utilibus iter assumpsimus Patriam Fori Iulii sine dilatione qualibet intraturi. Ut igitur Vestre fidelitates equis, armis, machinis, bombardis, curribus, scalis et aliis preparamentis sicut magnificentius decueritsac ad celebrandum iuxta morem dicte Patrie Parlamentum munire ac preparare se possint et ut ex sapore rumorum huiusmodi causa letitie non solum assumendo sedetiam nobisset auctoritas excitando tam felici exercitui nostro ad obtinendum Domino largiente de hostium nostrorum et non minus vestrorum depressione triumphum in Dei nomine prompti paratique et viriliter

procedere nequiti, Nobilem Guilhelminum Comitem de Prata Consanguineum et fidelem nostrum dilectum exhibitorem presentium ad prefatam Patriam decrevimus premittendum, requirentes attentius vosque et vestrum quemlibet seriosius adhortantes quatenus adhibita primum super premissis iamdicti Guilhelmini relationibus fide plenaria, ad ordinandum, acquirendum seu disponendum predicta et alia utilia sic promptos vos et sollicitos offeratis, quod inter alios Fideles nostros dignis vos laudibus extollere et specialibus prosequi premiis merito valeamus. Cuncta namque facienda, disponenda et ordinanda pro honore et utilitate vestri et Patrie cum providentiarum vestrarum consiliis et iuvamentis intendimus et finaliter ordinare.

Datum Zagabrie, penultima die octobris, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXVI, Romanorum vero III°.

Ad mandatum D. Regis Jo. Kirchen.

Recepta die lune XIV novembris 1412, ind. V. —

1412. 4 novembre - Cividale

78

Il Comune di Cividale delibera onorare Giacomo de' Signori di Carrara.

In Consilio Civ. Austrie die 4 novembris 1412, diffinitum fuit quod Deputati ad reperendam domum pro D. Jacobo de Carraria, reperiant domum et stabula pro ipso D. Jacobo et quod presentetur ipsi Domino tot congia vini quot presentati fuerunt D. Marsilio.

(Dalla Collez. Porta in Cividale.)

[illegible] del D. Vinc. Joppi
[illegible] - [illegible]
[illegible] Sett. 1879

29

1412, 12 novembre. Cividale. Il Vicario Patriarcale assolve il Pievano di Prepotto, che si era ~~ritenuto~~ tenuto complice della morte di un prigioniero.

Dispacci di Pre Simeo Prepotenseiter. Curia Patriarcale.
Coll. Portis in Cividale. Orig.

Nicolaus de Portugruario decretorum doctor ac Capituli Aquilegensis Patriarchali sede vacante Vicarius Generalis Universis et singulis utriusque sexus hominibus et personis ad quos presentes pervenerint aut earum certa noticia notum facimus per easdem, quod coram nobis constitutus honorabilis vir presbiter Petrus q. Jacobi de Chrainburga plebanus ecclesie S. Johannis Baptiste de Prepot Aquilegensis diocesis exposuit, quod quidam Bohemus stipendiarius comunis Civitatis Austrie in nunc preterita guerra que fuit inter Venetos et Patriam Forijulij exivit Civitatem Austriam ad lucrandum si potuisset et venit ad Castrum Cussiniani. Itaque captus fuit et percussus citra vulneracionem et tandem dimissus ivit versus villam Prepot ab eo castro per tria miliaria vel circa distantem. et cum vidisset quemdam equitem ~~et cum applicuisset~~ venientem de altero latere in vepribus expectans dictum equitem et cum applicuisset equo dixit ipsi absconso, quis vivit. Ille Bohemus autem irruens in equitem apprehendit frenum equi sui, dicens: vivat sanctus Marcus, per quod certum indicavit se esse de parte venetorum qui contra Castrum et villam predictam et totam Patriam Forijulij guerram gerebant. Eques vero statim exclamans convocavit certos vicinos quos ibidem vidit et ceperunt illum et duxerunt intra dictam villam Prepot. Itaque dictus eques interrogavit quis esset ibi gastaldio sive judex et cum eidem responsum fuisset quod esset ser Niculaus de Portis de Civitate Austrie, interrogavit si ibi erat aliquis suus locumtenens aut preco qui eundem reciperet ad manus

duas et presentaret capitaneo vel Communitati Civitatis Austrie. Tunc
ibi quidam de dicta villa eum receperunt et una cum dicto equite ipsum
voluerunt conducere ad Civ. Austriam et duxerunt usque ad aliam villam
illi proximam Albanie nomine. Usque idem captivus cadit nec am-
plius potuit ambulare? Equus predictus qui necessario ire habebat ad
Civ. Austriam cum litteris, reliquit captivum cum supradictis et quia
sero erat eundem captivum in humeris suis ad dictam villam Praprot re-
portaverunt, ipsumque posuerunt ante domum presbiteri Petri
de Chramberga exponentis supradicti eumque voluerunt torquere cum
fune supra una nuce sita supra territorio plebis predicte. Tunc ibi
supervenit Presb. Petrus predictus impedivitque ne dictus captivus supra
territorio dicte Plebis et Domini Abbatis Rosacensis cui dicta Plebs
est subiecta torqueretur. Ipsumque captivum sic iacentem ipso presbi-
ter Petrus tetigit cum ense nuda ipsum plane percuciendo cum pla-
nicie supra tibiis dicens verbis theotonicis, dicta est theotonicus, respondeas
quis es et quid hic facis. Ille autem nichil respondit. Unde dictus Presbiter
Petrus considerans ruditatem, indocilitatem et pertinaciam illorum ho-
minum in quorum manibus erat dictus Bohemus, cum homines tam
de parochia dicti presb. Petri quam de locis illi vicinis et quasi de tota
illa regione soleant non exaudire consilia aut informaciones aliquas
que sint eorum voluntati contrarie ac cede et gravibus periculis
precipue sacerdotes illic curam parochialem habentes prosequi consue-
verint dum in aliquo verbis vel factis presertim salubribus iidem sacerdo-
tes voluntatibus hominum dictorum locorum obviant vel expresse

differeriunt cum ibi pro parrochianis sint alii honesti sacerdotes interrupti
aut graviter vulnerati, ut indirecto et tacito modo illos retraheret a
servicio quem prestabant in predictum bohemum dixit uxori sue cum
de territorio D. Abbatis et curia dicte ecclesie et custodiatis eum ista nocte
et cras ipsum conducatis ad Civ. Austriam. Et sic ipsi coadiuvante isto
presb. Petro eum conduxerunt extra territorium dicte ecclesie. Ipsique
iussi eundem captivum absente dicto presb. Petro illa nocte ligave-
runt ad quandam rotam ipsumque cum rota posuerunt ad quandam
camisam ne aufugeret. Mane autem facto inventus est mortuus ipso
presb. Petro illa nocte in Civ. Austria existente. Suppliavitque nobis
idem presb. Petrus quatenus sibi de salubri remedio ac consilio providentes
ipso iure ~~[illegible]~~ declarare an ex premissis ipse aliquam excommunicacionis
vel suspensionis penam aut irregularitatis notam incurrerit ut exinde
valeat sibi salubriter ulterius providere. Nos vero visa et attenta
confessione spontanea cum magna cordis contricione super casu predicto
dicti presb. Petri nobis in ~~[illegible]~~ penitentiali foro facta, puritatem eius
consciencie in domino commendantes cum bonarum mentium sit ibi timere culpam
ubi culpa minime reperitur videm consuluimus et declaravimus et
harum tenore consulimus et declaramus propter premissa dictum presb. Petrum
non fuisse aut esse excommunicacionis aut suspensionis pena quoquo modo
ligatum et ulla irregularitatis macula penitus irretitum. Immo
eundem omnium suorum ordinum execucionem plenam retinuisse

1412, 12 novembre. Cividale. Il Vicario Patriarcale assolve il Pievano di Prepotto, che s. era ~~[illegible]~~ teneuto complice della morte di un prigioniero. *

Dagli atti di Pr. Enrico Praghenreiter, curia Patriarcale.

Coll. Portis in Cividale. Orig.

Nicolaus de Portugruario decretorum doctor ac Capituli Aquilegensis Patrie ... Vicarius generalis Universis et singulis ... hominibus et personis ad quos presentes pervenerint aut earum certa noticia ... facimus per easdem, quod coram nobis constitutus honorabilis vir presbiter ... de Chrainburga plebanus Ecclesie S. Johannis Baptiste de Prepot Aquilegensis diocesis exposuit, quod quidem Bohemus stipendiarius communis Civitatis Austrie in nunc preterita guerra que fuit inter Venetos et Patriam Forijulij exivit Civitatem Austriam ad lucrandum si potuisset et venit ad Castrum Trussium. Ubique captus fuit et percussus citra vulneracionem et tandem dimissus ivit versus Villam Prepot ab eo Castro per tria miliaria ... et cum vidisset quendam equitem venientem ... ~~et eum applicuisset~~ ... expectans dictum equitem et cum applicuisset ... dixit ipsi ... Ille Bohemus autem ... equitem apprehendit frenum equi sui, dicens: vivat sanctus Marcus, ... indicavit se esse de parte ~~venetorum~~ qui contra Castrum et villam predictam et totam Patriam Forijulij guerram agebant. Ipse vero statim exclamans convocavit certos vicinos quos ibidem vidit et ceperunt illum et duxerunt intra dictam villam Prepot. Ubique dictus ... interrogavit quis esset ... judex ... fuisset quod esset ser Nicolaus de Portis de Civitate Austrie, interrogavit ... aliquis ... qui eundem reciperet ...

duas et presentaret capitaneo aut Communitati Civitatis Austrie. Tunc
ibi quidam de dicta villa eum recepperant et una cum dicto equite ipsum
volebant conducere ad Civ. Austriam et duxerunt usque ad aliam villam
illi proximam Altanice nomine. Ibique idem captivus clausit nec am-
plius potuit ambulare. Eques predictus qui necessario ire habebat ad
Civ. Austriam cum litteris, reliquit captivum cum supradictis et quia
sine erat eundem captum in humeris suis ad dictam villam Praprot re-
portaverunt, ipsumque posuerunt ante domum presbiteri Petri
de Chramburga exponentes supradicti eumque voluerunt torquere cum
fune supra uncinum sito supra territorio plebis predicte. Tunc ibi
supervenit Presb. Petrus predictus impeditque ne dictus captivus supra
territorio dicte Plebis et dominii Abbatis Rosacensis cui dicta Plebs
est subiecta torqueretur. Ipsumque captivum sic iacentem ipse presbi-
ter Petrus tetigit cum ense nudo ipsum plane percuciendo cum pla-
nicie supra tibiis dicens verbis theotonicis, tu es theotonicus, respondeas
quis es et quid hic facis. Ille autem nihil respondit. Unde dictus Presb.
Petrus considerans ruditatem, indocilitatem et pertinaciam illorum ho-
minum in quorum manibus erat dictus Bohemus, cum homines tam
de parochia dict. presb. Petri quam de locis illi vicinis et quasi de tota
illa regione soleant non exaudire consilia aut informaciones aliquas,
que sint eorum voluntati contrarie ac cede et gravibus periculis
precipue sacerdotes illic curam parochialem habentes prosequi conspe-
verint dum in aliquo verbis vel factis presertim salubribus ijdem sacerdo-
tes voluntatibus hominum dictorum locorum obviant vel expresse

depredari et omnibus bonis et iocalibus suis et uxoris sue omni
verecundia postposita abhominabiliter spoliari, que quidem bona et iocalia
fuerunt communi extimatione valoris trium millium ducatorum
et ultra: preterea si inde exponens voluit dictum Castrum rehabere,
oportuit ipsum solvere Comunitati Glemone ducatos auri mille,
quia dicta ducatorum quantitate predicta Comunitas dictum emerat
castrum ab hiis qui illud iuxta dicti Odorici demerita de suis subtra-
xerat manibus. Insuper exponitur quod postquam idem Pertoldus
predictum sic recuperavit Castrum pro custodia eiusdem Castri necessa-
ria ad deffendendum ipsum Castrum tam contra dictos compatriotas
tunc adversarios prefatos quam contra Venetorum gentes que [illegible]
manu potenti predictam invaserunt Patriam magnas fecit expensas: que

[illegible] Dagano 1844 [illegible] Firenze [illegible]

namque expensis ascendunt ad summam ducatorum quingentorum
et ultra exceptis illa que incurrit in volendo prout tenebatur et
antea (?) manutenere et pro viribus deffendere iura Sacri Imperii et
Aquilegensis Ecclesie ac suam libertatem Patrie Foriiulii
Quare pro parte eiusdem exponentis humiliter prelibate Maiestati [vestre]
supplicatur quatenus dignetur et velit taliter ut sperat indemnitati
ipsius exponentis gratiose providere, quod sibi cum bonis tam mo-
bilibus quam stabilibus dicti Odorici pro predictis sibi sic ablatis
et expenditis ac passis satisffiat eatenus quatenus satisffieri po-
test, ut ipse Pertoldus imposterum valeat et possit sicut de[si]de-
rat pro predictis deffensione et manutentione se et sua largius et
fructuosius exponere et exercere. Et ne dictus Odoricus de sua perfi[dia]
nequitia et iniquis operationibus gloriari queat et ut provisio hu[ius]
modi aliis bene agentibus cedat ad exemplum, male agentibus
vero prebeat formidinem disciplinae, attento maxime quod iamdictus
Odoricus semper in sua dolosa perseveravit iniquitate sequendo in q[ua]
fatis alumpnum Tristanum nominatum de Savorgnano cum eoque de no[cte]
Terram Utini fractis spaltis proditorie contra Sacrum Imperium et
Statum Aquilegensis Ecclesie cum nonnullis complicibus intrando in
maximum periculum, exterminium dicte Terre et totius Patrie Foriiu-
lii et nonnulla alia innumerabilia nefanda in detrimentum et spret[um]
vestrum et Aquilegensis Ecclesie —

Nota: pendet.

Nicolò de Fer Attrici di S. Daniele domanda al Patriarca e Agostin Ludovico l'investitura della parte della Rocca di Varmo superiore confiscata a Varnero di S. Daniele ribelle.

(1419 - MSS. Vaticano 666, 15 — pag 130)

Reverendissime Princeps Reverend. Nirceque Patriarche. Vestre Magnifice Dominationi humiliter et devote suplicat devotus servitor vester Nicolaus Fer Attrici de S. Daniele, quatenus eisdem vestra Magn. Dom. dignetur investire de parte Castri Varmi superiores predicti pro indiviso cum certis suis Consortibus, que pars Castri devoluta est ad Magnificam potentiam V. D. propter rebelionem factam et comissam per dictos meos consortes contra Serenitatem Regie Magiestatis et D. V. et presertim per quendam Varnerum publicum rebellem Serenissime Magiestatis et Dominacionis Vestre =

Supplica degli ambasciatori del Comune di Marano al Patriarca d'Aquileja Lodovico di Teck sull'ordinamento dei Giudici e su danni recati dai Triestini

14

Orig. MSS. Orgaro, Bibl. Verona, 666, 15 pag. 127

Supplicatione Ambassiatorum de Marano.

Coram . Magnifico ac Rev.mo in Christo Patre et DD. Lodvicho Duce de Deck dignissimo Patriarcha ellecto, comparent ... Dominacionis vestre, Ambassiatores Marani supplicant quod cum aliis temporibus habuissent a predecessoribus D. V. septem homines de Marano super pace et iusticia facienda contra ... et singulos facientes contra deliberationes, statuta, honorem et statum ... illorum predecessorum ac Terre et honorem dicte Terre D. V. Marani, videlicet ipsos puniendi, corrigendi, pacificandi, dampnandi tam in personis quam in bonis secundum quod eis videbitur expedire una cum Potestate D. V. ut supradicta plebeat ... per litteras D. V. concedere cum sagramento quod prescripta iuste et legaliter pertractabunt secundum quod Deus eis administrabit ac etiam prestando sagramentum quibuscumque elligendis per homines Marani ad supradictum officium elligendum, ipsum aceptare et continuare usque ad unum annum; postvero ... alii septem in dictum officium elligantur.

Item conqueruntur dicti de Marano pro parte ... Fulcherii ... illorum contra illos de Tergesto qui sibi detinent centum marchas pro aliquibus dampnis et excessibus factis per aliquos de Marano et aliis locis, videlicet ... societate Petri Angole qui impetravit quandam litteram a D. Sipone possendi dampnificare gentes Venetorum per mare et terram, non obstante

... MSS Orgaro ... Firenze ...

quod ante supra habent etc., cum dictus Jo. Fuleki . .
non . . de Marano sed ibidem notarius et cancellarius ipsorum,
but etiam D. Rex et D. V. scripserit dictis qui nobavenunt dictos
de Tergesto, videlicet Maranensibus sociis Petri Angole per litteras
ipsorum quamplures ut dictis de Tergesto restituere deberent mala
ablata, cum Tergestini non erant inimici: que omnia et singula negle-
xerunt dicti socii Petri Angole de Marano et occasione dictorum
sociorum de Marano Tergestini pro dampno ipsorum dicunt reti-
nere predictas centum marchas.

Supplica d'alcuni di Sacile al Patriarca d'Aquileja Lodovico, contro alcuni concittadini che li volevano escludere dal Consiglio

Orig: MSS - Ongaro Bibl. Udinese Lodov. 15, p. 199.

Reverendissime Paternitati vestre ... pro parte Boze et Adal ... et certorum quamplurimum bonorum virorum de Terra vestri Sa- cili quod tempore quo Magn.[co] D. Piso primo venit in Patriam Fori Julii et sibi facta debita obedientia per illos de Sacilo, deliberatum fuit in pleno Rengo et populo Terre Sacili, quod non debebant ... esse de Consilio Terre Sacili nisi unus pro parantela, que quidem deliberatio tunc facta fuit pro bono et pacifico statu Terre Sacili et nunc modo veniunt in Consilio dicte Terre pater et filius et duo fratres et pridie dictus Boza proposuit in dicto Consilio quod debebat observari dicta deliberatio alias facta et quod non debebant venire in dicto Consilio nisi unus pro parantela. Et propter dictam propositionem factam per dictum Bozam factus fuit maximus clamor verborum quandoque ex emulis dicti Boze et certorum aliorum bonorum virorum de Terra Sacili, volunt quod dicti pater et filius et dicti duo fratres veniant in dicto Consilio et ex hoc quasi insultus fuit rumor et de hoc Capitaneus vester Sacili est bene informatus et qui presens fuit quando Boza proposuit in Consilio predicta verba. Quare supplicatur Vestre reverendissime quod dicta deliberatio alias facta observari debeat pro bono et pacifico statu Terre vestre Sacili et ad hoc ut rumor non surgat in dicta Terra et quod dictus Boza et alii qui fuerunt boni servitores Ecclesie Aquilegensis possint pacifice vivere in dicta Terra?

... MSS Ongaro Bibl. ... Friuli ... Abbas ...

Nomina illorum qui venient in Consilio.

Ottobonus cum tribus suis filiis

Odorius notarius et Franciscus fratres.

I nobili Vorlico ed Artico di Castello domandano al Re Sigismondo il possesso della parte del castello di Tarcento appartenente al ribelle Francesco loro Consorte.

16

Orig. MS. Veron. Vol., 15, p. 49

Serenissime Princeps et clementissime et invictissime domine domine noster, vestre regie et imperiali celsitudini et maiestati querulose exponitur pro parte nobilium Ser Vorlici et Artici fratrum de Castro Porpeti fidelium servitorum eiusdem Regie Maiestatis, quod propter nephandam sceleratamque rebellionem et inobedienciam factam et habitam per dictum Franciscum q. Ser Doymi de dicto Castro Porpeti contra ipsam Regiam Maiestatem et Aquilegensem Ecclesiam, idem Ser Vorlicus et Artichus noviter sunt privati et indebite abiecti ab eorum antiqua possessione domus seu Castri Tercenti cum bonis et pertinenciis spectantibus ad ipsum Castrum, in maximum eorum dampnum pariter et iacturam indebite et iniuste, maxime quod nullum crimen commiserunt neque fecerunt contra ipsam imperialem celsitudinem seu Aquilegensem Ecclesiam, cum de ipsa rebellione et proterva inobediencia ipsius dicti Francisci iidem Ser Vorlico et Articho fuerit penitus incognitum, qui semper debitam obedienciam prestiterunt. Et quia idem Ser Vorlicus non voluit prodicionibus et sceleratis excessibus ipsius dicti Francisci aliqualiter assentire, idem dictus Franciscus fecit ipsum Ser Vorlicum personaliter carcerari et captivari et sic captum duci violenter a dicto Castro Tercenti usque ad exercitum Venetorum tunc existentem iuxta Castrum de Argis, multaque alia dampna idem Ser Vorlicus et Artichus habuerunt et receperunt ex causa ipsius dicti Francisci etc. Quapropter vestram Regiam Maiestatem et imperialem celsitudinem humiliter deprecantur quatenus ipsos Ser Vorlicum et

orchum disponere ad possessionem eorum de parte dicti [illegible] et loci eiusdem ipso, unacum suis iuribus et pertinenciis in tegre [illegible], defendere et tueri —

Supplica del nob. Francesco di S. Daniele per danni sofferti ad opera de' suoi Consorti, fatta al Re Sigismondo

Orig. MSS. Ongaro, Bibl. Veron. 606, 15, ff. 45..

Petitio Ser Francisci de ~~S. Daniele~~ contra filios de Varmo.

Serenissime ac Invictissime Princeps et D. D. Clementissime,

Vestre Regie Maiestati et cum magna querela exponit Nobilis Franciscus de S. Daniele ~~contra~~ et adversus Nobiles de S. Daniele, videlicet Ser Bartolum, Ser Varnerium, Ser Nicolaum, Ser Articum, Morondum et Zanuttum, qui etiam et de nocte introduxerunt quamplures homines armigeros in Castro S. Danielis, inter quos fuit Tristanus de Savorgnano causa occidendi ipsum Ser Franciscum si eum in domo invenissent et causa multa mala faciendi in Terra S. Danielis. Et non reperientes ipsum Ser Franciscum in domo, ipsi Nobiles de S. Daniele domum ipsius Ser Francisci [illegible] ad sachomanum et omnia bona et res suas de domo [illegible]erunt propter quod ipse Ser Franciscus sustinet et substinuit magnum dampnum bene ad summam et valorem mille et quingentorum ducatorum aureorum. Quare petit ipse Ser Franciscus [illegible] Franciscus restauretur et sibi fiat satisfacio de predictis de [illegible] suis dictorum nobilium de S. Daniele.

Item conqueritur ipse Ser Franciscus contra dictos Nobiles de S. Daniele [illegible]erunt eorum propria auctoritate quendam ipsius Ser Francisci familiarem ipsumque captivum duxerunt ad Castrum Varmi et [in] Castro Varmi captivum detinuerunt per plures dies et eundem [su]um familiarem tot et tantis torturis flagellaverunt quod eum induxerunt ad dicendum quod idem Ser Franciscus fuerat causa combustionis cuiusdam Arce, quod minime fuit verum, quia dictus suus familiaris

... MSS. Ongaro ... cugina Frezzo ...

illa nocte qua dicta area fuit combusta erat extra terram S. Danielis, sicut legitime fuit probatum per bonos et notabiles viros postquam idem familiaris de carceribus exivit. Quare petit idem ser Franciscus quod sibi fiat satisfactio de iniuria sibi facta et verecundia per dictos Nobiles de S. Daniele, qui dictum familiarem timore et torturis sibi datis per dictos Nobiles de S. Daniele induxerunt ad dicendum talia contra dictum ser Franciscum in sui maximum damnum, dedecus, infamiam et verecundiam et petit sibi iustitiam fieri. —

Lagnanze di Giorgio Pittiani e di Nicolò di S. Daniele contro Tristano di Savorgnano.

Orig. MSS. Veron. 663, 15, p. 5:

[illegible] Pitiani de S. Daniele conqueritur contra Nobiles de Varmo que dam et de nocte quamplures armigeros in Castro S. Danielis, inter quos fuit Tristanus de Savorgnano et talem modum tenuerunt dicti Nobiles, quod ipse Georgius fuit confinatus de Terra S. Danielis per octo menses, infra quod tempus ivi vagabundus non valens facere facta mea [illegible] quod [illegible] magnum dampnum bene ad summam [illegible] octuagentos ducatos, quarum peto quod [illegible] michi de bonis dictorum Nobilium de Varmo.

Orig. id

p. 161

[illegible] Nicolai olim Claude de S. Daniele — Primo quod isti domini de Varmo [illegible] D. Tristanum in S. Daniele et primo isti Domini de Varmo combusserunt unam meam domum, quia recepi dampnum bene per C ducatos die quo ipsi interfecerunt illi homines de S. Daniele.

[illegible] Ongaro [illegible] Firenze [illegible]

Querela presentata al Patriarca d'Aquileja Lodovico di Teck ed al Parlamento dal Preposito di Segriez contro Ortico di Castello che occupava i suoi beni in Friuli in Gradisca presso Sedegliano.

MSS. Ongaro Bibl. Verona. Vol. 66, 15, pag 27

Reverendissime Pater, exponitur Paternitati Vestre totoque Parlamento quomodo Articus de Castello certa bona occupat contra Deum et iusticiam spectantia ad Monasterium Admundensem et Preposituram S. Blasii in Seigriez Salzburgensis Diocesis, cuius Prepositure Illustris et Magnificus Dominus Comes Federicus in Ortenburg legitimus Advocatus existit defensor atque protector omnium et singulorum bonorum quovismodo spectantium. Ad Prepositutam predictam Articus vero de Castello ... nescio quo ductus spiritu nunc per certa tempora neglexit solvere affictus bonorum spectantium ad dictam Prepositutam per triennium et citra salvo pluris vel minoris et licet idem Articus se obligaverit producere iura et munimenta sua coram Illustre et Magnifico D. Friderico Comite in Ortenburg tamquam Vicario Imperiali in Patria Fori Julii specialiter deputato, tamen ex negligencia vel ex malicia minime produxit iura vel munimenta sua. Dum tamen idem Comes non ad aliud attenditur nisi fieri iusticiam supra premissis, est verum et notorium atque manifestum quod ista bona sunt per ipsum Articum ... iniuste occupata non in modicum ipsius Prepositi et Prepositure iacturam, ruinam et destructionem dictorum bonorum. Quapropter Rev.me Pater supplicatur humiliter P. V. vestroque Parlamento ut causa huiusmodi Judicio non suspecto committatur et fine debito terminetur ut idem Prepositus et Prepositura reportare valeant sine temporis dilactione debitam iusticiam et conservationem iurium Prepositure predicte, memoratusque Illustris D. Comes ... Vicarius Imperialis et Advocatus non habeat materiam ulterius conquerendi et Prepositus nomine Prepositure ponatur in possessione singulorum bonorum spectantium ad Prepositutam et si prefatus pretendit se aliquod ius habere in bonis huiusmodi, doceat de iure suo.

Villa bonorum predicte Prepositure vocatur Gradiscola prope Sedilan,

et a ius Massarius appellatus Vasan.

Supplica di alcuni di Sacile al Re Sigismondo
per il rotto di certi trattati fatti coi Veneti.

17

Orig. MSS. Veron. 666, 15, pag. 71.
Processus de Sacilo

Serenissime ac Invictissime Princeps ac domine Domine Clementis=
sime, Vestrae Maiestati exponunt et dicunt vestri fidelissimi servi=
tores de Terra Sacili, videlicet Nicolaus Ser Hectoris, Adalgerius, Boza,
Franciscus Sperever et Laurencius della Bastanza pro se ipsis ac
vice et nomine plurimum bonorum virorum de Sacilo et dicunt expo=
nendo, quomodo et qualiter fuerunt inita et facta certa pacta cum
Venetis per Consilium tunc Terrae Sacili nesciente populo et maiori parte
hominum de Sacilo, videlicet quod ~~gentes~~ Venetorum debebant in=
troduci in Burgum Sacili quod est versus partes Tarvisii cum pacto
quod ipse gentes Venetorum non debebant intrare domos aliquorum
civium nec aliqua dampna et gravamina eis inferre, sed ipse
gentes debebant facere si volebant mansiones et casonos in dicto
Burgo pro usu et habitatione suis sumptibus et expensis. Et sta=
tim ipsis gentibus introductis in dictum Burgum pacta frege=
runt, videlicet violenter et contra voluntatem civium intrando
plurium civium domos et eis multa dampna et gravamina fa=
ciendo.
Et dum Magnificus D. Pipo cum gentibus Regie Maiestatis
intrasset Patriam Forijulii, certi homines de Sacilo faventes
et tenentes partem Venetorum, videlicet Varnerius Peliza, Zandenel del Ben,
Franciscus Bertolussii, Jacobus Bilutti, Ottobonus, Gisbertus, Gabriel
de Vando, D. Lodovicus de Bisnosiis, Pean et certi alii de Sacilo cum
eorum magnis astuciis et cantelis et cauto modo introduxerunt in Terram

et Castrum Sacili gentes Venetorum in magna multitudine, ita quod ipse gentes cum eorum sequacibus de Terra Sacili dominabantur in dicta Terra Sacili pro Venetis. Et hoc videntes supradicti exponentes et multi alii boni viri de Sacilo tenentes partem Aquilegensis Ecclesie eis valde displicuit, reprehendentes illos qui dictas gentes conduxerant in Terram et Castrum Sacili et quod Terram Sacili que est Ecclesie Aquilegensis male fecerant ipsam dare Venetis et videntibus et audientibus dictis Varnerio Peliza, Zandenel del Ben, Francisco Bertaluzzii, D. Lodovico de Brischofiis, Ottobono, Gisberto, Gabriele de Vando, Jacopo Bilutte et certis aliis qui partem Venetorum tenebant, mittebant pro illis qui partem Eccl. Aquilegensis tenebant et bonum statum Patrie ipsos valde reprehendendo de verbis quibus utebantur contra Venetos et quare dicebant malum de Venetis et contra eorum statum et quod nisi ipsi sequerentur ea que erant incepta cum Venetis, ipsi facerent eos suspendi ad furchas. Et videntes qui partem Venetorum tenebant, quod illi qui partem Ecclesie Aquilegensis et bonum statum Patrie tenebant et diligebant, nolebant se ab eorum bona et perfecta opinione diferre et removere, statim fecerunt ellevare unum par furcharum supra platea Sacili ad ipsorum terrorem et quod nemo auderet bonum statum Eccl. Aquilegensis et Patrie dicere. Et dum quadam die quidam bonus homo de Terra Sacili dixisset aliqua verba in honorem et statum ~~Eccl.~~ Aquilegensis Ecclesie et Patrie Forijulii, statim fuit captus et ductus usque ad furchas et quod nisi scala fuisset brevis sive curta, ipse totaliter fuisset suspensus. Et tandem auxiliante Deo fuerunt et gentibus Regie Maiestatis dicte gentes Venetorum fuerunt depulse de Terra et Castro Sacili et ipsis gentibus depulsis fuit positus unus alius Capitaneus nomine

semper pro Regia Maiestate. Et ulterius quum Veneti obti=
nebant aliquam victoriam contra gentes Regie Maiestatis, supra
dicti tenentes partem Venetorum congratulabantur et festum ma=
gnum faciebant et per oppositum tristabantur quum gentes
regie Maiestatis aliquam habebant victoriam. Demum Capi=
taneus hoc sciens et eorum pravam opinionem scripsit et
notificavit D. Paulo Clovier tunc Locumtenenti Magn. D. Comitis de
Ortimbarch Vicarii Sacri Romani Imperii in Patria Foriiulii et
cum suo consilio et de sui mandato ipse Capitaneus Sacili confi=
navit de dicta Terra Sacili Valnerium Peliza, Gandenel del Ben=
... suum Bertulussiu, Ottobonum, Gisbertum, Gisvrelem de Vandi
et Pean, qui steterunt confinati de Terra Sacili per plures menses
et tandem paucis diebus elapsis fuerunt et sunt introducti in
Terram Sacili et ubi primo erant mali et pessimi, modo facti sunt
peiores, quia ipsi minantur bonis viris qui fuerunt boni et
fideles Regie Aquilegensis et qui fuerunt causa reducendi Terram
Sacili ad Regie Aquilegensem et ipsam tollere de manibus Ve=
netorum et ponentes scandala et ziganiam in Terra inter
cives ac utendo his verbis, videlicet: vere vere Dominus Mex
... et Ungari recedent de Patria et isti rustici qui sunt in Terra, modo
recedent de Terra et ibunt laboratum ad villas, oportebit nos facere
vindictam contra illos qui nos offenderunt et nos oporte=
bit lavare manus nostras in eorum sanguine.
Ulterius exponunt quod unus qui est ... a Terra Sacili ex eo quia
ipse accepit stipendium a Venetis, egressus fuit strata publica
supraditum Laurencium volendo ipsum occidere ipsum Lau=
rencium qui veniebat ad Parlamentum, in presentia cuiusdam
filii Ser Turini de Glemona et hoc fuit die Lune proxima preterita.

Et ulterius exponunt et dicunt dicti exponentes contra supradictum D. Ludovicum quod continue duo sui filii steterunt et de presenti stant ad servicium Venetorum et tota ipsa curia steterunt.

Quare supradicti exponentes qui fuerunt semper fideles Excl. Aquilegensis ac Regie Maiestati et qui fuerunt causa redimenti Terram Sacili de manibus Venetorum, supplicant Regie Maiestati quod ipsa Regia Maiestas taliter provideat quod illi qui fuerunt boni et legales premientur et bene tractentur, ita quod ipsi possint pacifice stare in Terra Sacili et quod illi qui fuerunt mali et pessimi puniantur secundum eorum merita et quod permittant bonos vivere in pace et quod Terra Sacili remaneat in bono et pacifico statu. =

Nota a tergo: audiantur partes et cum voluntate Regia ponatur eis silentium.

Prigionia delle offese e danni sofferti da Pre Francesco di S. Daniele prigioniero nel Castello di Osoppo

Org. in MS. Ongaro, Bibl. Udin. 665, 15, pag. 62

Presbiter Franciscus de S. Daniele [illegible] contra [illegible] de [illegible] videlicet D. Guarnerium et D. Bartolum, quia ipsi fecerunt me capi in Terra Utini et fecerunt me conducere in Ospicio et tenuerunt me in carcere [illegible], [illegible] dederunt [illegible] panem cum aqua et [illegible] me [illegible] [illegible] et dederunt mihi multa tormenta [illegible] et [illegible] [illegible] dampnum in summa [illegible] ducatorum [illegible] [illegible] de bonis eorum mihi [illegible]

[illegible] Franciscus [illegible] contra D. Tristanum, quia ipse [illegible] unum meum fratrem videlicet Nicolaum nomine [illegible] [illegible] in [illegible] et [illegible] in carcere privato, [illegible] volui exigere [illegible], [illegible] Tristanus [illegible] [illegible] et in [illegible] XXV [illegible] peto ut de bonis [illegible] ut mihi [illegible].

[illegible] pendet.

P 181

[illegible] Francisco

[illegible] est [illegible] per [illegible] de S. Daniele contra D. Guarnerium, D. Bartolum et [illegible] et D. Tristanum de Savorgnano.

[illegible] quomodo [illegible] et [illegible] me in [illegible],

[illegible] fui [illegible] et [illegible] me [illegible]

Daniele [illegible]

[illegible] MS. Ongaro Bibl. [illegible] Firenze [illegible]

Secundo quod ego veni cum Ser Hendrigo et Nicolao fratre suo de

Afrigis in borgo causa interficiendi eum silicet D. Tristanum eius

fratrem;

tercio quia ipsi preciaverunt me et volebant me punire et accu

saverunt me, quod ego dixissem missam incontradito(rii) quod ipsi

fuerunt ad S Danielem;

et quarto uno cho magno et dixit verecundia sua silicet D. Bartuli;

et quinto ipsi tenuerunt me in carcere privato per octo menses et de

derunt mi panem et aquam et modicum et ipsi tenuerunt me in carcere

extra turri ban per unum annum in Chypio, unde volo omnia ista pro

care. ═

Reclami presentati al Re Sigismondo ed al Patriarca d'Aquileja dal Comune di S. Daniele contro i Nobili di ~~S.~~ Daniele

Cfr. MSS Cyano, Bibl. S. Daniele, 66, 15, p. 164

Communitas Sancti Danielis

Invictissimo Domino nostro D. Sigismundo Dei gratia Romanorum, Ungarie Regi etc. et semper augusto seu Domino nostro Ludovico Dei gratia sancte Sedis Aquilegensis dignissimo Patriarche. Universis Consilium et Comune Terre S. Danielis Vestre dominationis humiles servitores cum querela exponuntur et lamentantur de iniuriis eisdem illatis per Nobiles de S. Daniele, videlicet ser Birtulum, ser Guarnerium, ser Nicolaum, ser Vicorandum, Zanuttum.

Et primo conqueritur ipsa Comunitas quod prefati Consortes, nulla causa discordie inter ipsos et Comunitatem S. Danielis nocturno tempore introduxerunt nonaginta pedites armatos quos in Castro S. Danielis clam tenuerunt et interim ibant per Terram S. Danielis accipiendo arma virorum ac eorum, ne ipsi se deffendere possent. Et cum viderunt tempus eisdem aptum insultaverunt terram maximo cum impetu, in quo insultu occiderunt duos viros et decem acriter vulnerati fuerunt. Atque antequam rumor cessasset D. Tristanus in eorum succursu personaliter dictum Castrum intravit, a D. Tristano prefati Nobiles, ut publice asseritur, dare promiserant Sanctum Danielem. Sicque rebus procedentibus eadem die dicti Nobiles ad saccomannum posuerunt domum Nobilis ser Francisci eorum consortis, qui eisdem de istorum proditionibus instare et consentire nunquam voluit. Combusserunt etiam domum Calaurini de S. Daniele et quamplura enormia intulerunt. Postquam vero populus contra ipsos insurrexit viriliter, ipsi Consortes una cum D. Tristano se in Castro prefato reduxerunt et Patriarcha Antonius de Portogruario tunc simulando se velle discordiam tollere, cepit laniare insontes et scelleratos Consortes, proditores exaltare et ubi ipsos homicidas punire debebat eorumdem proditionem per ipsos factam

eisdem viris scelleratis complacuit et ad ipsorum instantiam et D. Tri-
stani posuit in exilium per medium annum quinque notabiles cives
propter quod in S. Daniele subsecuta sunt mala plurima et damna
intollerabilia occurrerunt prout omnibus compatriotis notorium po-
test esse et manifestum.

Item quod prefati Nobiles occiderunt seu occidi fecerunt ipsi aut aliqui
ipsorum Nobilem et Honorabilem virum Ser Julianum de S. Daniele, qui
cum ~~culpa~~ nefario modo occidissent, tenuerunt occultatum tribus diebus
in quodam stabulo.

Item quod prefati Nobiles iuraverunt supra altare in S. Daniele num-
quam esse in dictis aut factis contra Communitatem S. Danielis et sine con-
sensu dicte Comunitatis nullam facere unionem et parum post fece-
runt unionem contra D. Comitem de Ortemburg et suos coadherentes
et steterunt in Varmo contra prefatum D. Comitem tunc Vicarium
Sacri Imperii guerram facientes spoliaverunt quoque Nicolaum Janis
de Tumatio, Nicolaum Dentem de Glemona, quibus magnum damnum
intulerunt et certos mercatores subditos Abbatis de Ornistain et quampl-
ures Alamanos ipsos carceribus acriter includendo Spoliaverunt etiam
Nobiles de Valvasono et vites illorum de S. Vito inciderunt et Tur-
rim Medune que erat Aquilegensis Ecclesie combusserunt, assignantes malum
in dicto Castro de Varmo contra dictum rationis. Que omnia malefacta
Universitati S. Danielis in damnum gravissimum occurrerunt, nam ille
de Glemona imputantes hominibus de S. Daniele, quia predicti malefactores
se nominabant Vicinos de S. Daniele, acceperunt animalia hominum
de S. Daniele et ceperunt Vicinos S. Danielis, quibus damna intulerunt ultra
valorem mille ducatorum. Et ex causa iniuriarum illatarum mercatoribus

premidijs et spoliationibus, mercatores de S. Daniele non audent per Terras et loca
discedere illi quibus illata est violentia tute pertransire, quod cadit in ma
gnum dampnum hominibus et Universitati S. Danielis.

Item conqueritur ipsa Comunitas de eo quod prefati Nobiles ceperunt
quendam familiarem Ser Francisci de S. Daniele et privatum carcerem
committentes ipsum duxerunt in Varmum et eundem tantis et tot
torturis flagellaverunt quod eundem induxerunt ad dicendum quod
Ser Franciscus et ultra decem bon. homines de S. Daniele combusse
runt quamdam arcam in S. Daniele facientes dicti Consortes tractantes
multa enormia et diversas proditiones contra ipsos de S. Daniele in te
dium et gravamen omnium de S. Daniele.

Item quod postquam ipsa Comunitas et dicti Nobiles fecerunt iuramentum
D. Comiti Pipi pro Sanctissimo Imperio, dicti Nobiles seu aliquis ipsorum
contrafecit iuramento per ipsos prestito Romano Imperio, videlicet quod
prout dicitur, dederunt favorem D. Tristano ut intraret Terram Utini contra
voluntatem et in spretum Domini nostri D. Romanorum Regis. Nam
Ser Bartulus misit quendam suum familiarem nomine Iob in predicto
introitu et omnes Consortes miserunt ipsorum familiares quos in Varmo
habebant. Item cum Nobiles de Tricano se sponte et non coacte dederunt
Venetis Zinatus intravit Castrum Tricani cum certis sociis et comuni
tati S. Danielis mala plura intulit, vulnerando et balistriando homines de
S. Daniele, acriter agentes in favorem dictorum Venetorum contra homines
de S. Daniele crudeliter et conantes dicti Consortes seu aliquis ipsorum
subvertere Terram S. Danielis funditus toto ipsorum posse.

Item fuit notificatum de mense Setembris preteriti, quomodo tunc Ser
Bartulus ivit ad pontem Latisane ostendendo quod Capitaneus portus Latisane
ipsi Ser Bartulo daret gentes ut ipse posset intrare Terram S. Danielis: quam Terram
et Castrum de Varmo ipse ibidem obtulit dare in manibus Venetorum. Et Capi
taneus prefatus ipsi Ser Bartulo obtulit prestare gentes ad sufficientiam ad hoc

peragendum. Que notificata fuerunt Comunitati S. Danielis per quendam fidelem Aquilegensis Ecclesie, qui requisitus fuerat ad hoc per quendam Antonium Stipendiarium in Latisana, qui sibi predicta seriatim enarravit.

Item conqueritur ipsa Comunitas de eo quod prefati Nobiles iam pluries, ut asseritur, induxerunt D. Tristanum ad faciendum multa mala contra homines de S. Daniele ut publicum est satis et notorium toti Patrie.

Multa vero alia enormia contra homines et Comunitatem S. Danielis illata per Nobiles et Consortes prefatos possent scribi que obmittuntur ne auditui Dominorum predictorum ad tedium cadant seu gravamen.

Item quod illi Nobiles de S. Daniele tractaverunt cum D. Antonio Patriarcha de Portugruario quod ipse D. Patriarcha posuit introductum in Terra S. Danielis per octo menses, volendo ipsi Nobiles quod Comunitas intraret legam dicto D. Patriarcha contra Regiam Maiestatem et contra D. Comitem de Ortinburg, eius Vicarium.

Nota in margine: Excusatio est infra.

Supplica del Conte Guglielmo di Prata sulla distruz. della Terra di Meduna fatta da Natale Panciera.

MSS. Ongaro, Bibl. Veron. Vol. 666, 15, p. 169

Porrecta per D. Comitem Guglelmum Prate.

probg

Reverendissime Pater et Domine noster singularissime. Uti perquisivi et habui [illegible] fidedignis et probare volentibus supra facto destructionis Terre Metune quod tempore quo magnificus et potens vir D. Comes de Ottingburg S.R. Imperii Vicarius generalis, cum ipsam Terram Metune requisivisset [illegible] obedientiam uti de debito alie fecerant prefato D. Comiti et ipsi li[=]bere se in protectionem suam et obedientiam fideliter subito quod prebue[=]rint tanquam semper fideles servitores S.R. Imperii, Ser Natalis Panciera cum Ser Bartolameo de Maniago de suo libito et voluntate propria tanquam [illegible] in Patria et specialiter inde tirannizans et adimplens quod suo appetitui occurrebat, ivit una nocte cum suis sequacibus et subditis a Terra Portusgruari recedens versus Metunam per terram et per aquam in barchis per flumen Liquencie in modum et formam mercatorum fraudulenter taliter quod sui subditi et stipendiarii proditorie per aquam intraverunt in dictam Terram et ipse per terram ad pontem veniens cum Bartolomeo de Maniago et cum eque[=]stribus et pedestribus sentiens barchas intravisse, ad pontem se presenta[=]vit et tubis sonantibus, illi qui in terra erant proditorie intrati ad pontem cucurrerunt et incisis ligamentis clavium pontis, ipsum declinaverunt et prefatum Ser Natalem introduxerunt. Qui postquam intravit, inter alios percussos et vulneratos duo fuerunt interfecti et plusquam XXV capti fuerunt et de suo mandato in Portumgruarium carcerati fuerunt. Quo facto [illegible] predictam Terram posuit ad sachomannum, convertendo omnia bona [illegible] in suum comodum et propriam utilitatem et suorum sociorum. Demum ignem faciens apponi de mandato suo eam totaliter cremavit et in tantum quod ex omnibus hospiciis que forsan erant plusquam ducentis, nullum

MSS Ongaro 1881 [illegible] Firenze [illegible]

remansit nisi Ecclesia dicta Capella Domini Patriarche Et de hiis omnibus supradictis ab hominibus ferre Pontificarii qui coacti ad saevum transiendum viderunt, et in presentia fuerunt omnium supradictorum plenariam habebitis informationem. —

Nota: Quiae excusant ut in eorum scriptis. —

Il Conte Giovanni di Prata chiede al Patriarca d'Aquileja Lodovico ed al Parlamento l'indennizzo di certe spese sostenute dal Conte Guglielmo di lui Padre ed il risarcimento di danni sofferti dai fratelli dell' Patriarca Antonio Panciera.

Orig. Mss. Ongaro, Bibl. Verona, 666, 15, p. 95.

Coram Vobis Rev.mo Domino nostro D. Patriarcha, Venerabilibus Dominis Prelatis, Spectabilibus Nobilibus et prudentibus et honorabilibus Communitatibus Patrie Forijulii comparet spectabilis D. Johannes Comes Prate et proponit infrascripta

Et primo dicit quod de anno preterito Magnificus eius genitor D. Guielmeus per illos qui tunc deputati erant ad regimen Patrie F.J. una cum spectabili Milite D. Vinceslao de Spegrumbergo, D. Lodovico de Cignottis et aliis, missus fuit pro parte Patrie ad invictissimum Dominum nostrum Romanorum Regem et fuit sibi provisum de pecuniis pro expensis pro diebus XLV et quod finito dicto termino volens redire, non fuit permissus sed de mandato prefati Domini nostri remansit et stetit ultra dictum terminum XLV dierum bene tribus mensibus cum dimidio suis sumptibus, ex quo mutuo recepit tam a D. Pippone quam ab aliis ultra triginta ducatos, quos cum fuit in Patria sub usuris recepit pro restituendo. Ditque commissum Vobis Rev.mo Domino nostro D. Patriarche per prefatum Dominum nostrum Romanorum Regem ut taxare deberetis expensas factas per dictum servitorem vestrum

D. Guielminum dentaxam facere et sibi solvere et satisfieri et ... petit prefatus D. Iohannes eiusdem natus dignetur Dominatio Vestra gratiosissime facere sua benignitate et gracia.

Item proponit, quod ea die quo Papa Gregorius XII intravit hanc Patriam Forijulii dum supradictus eius genitor patruusque suus et ipse cum suis ivissent eidem D. Pape Gregorio obviam infra stratam, familiares et stipendiarii Natalis et fratrum qui erant in Zopula, armata manu inde exeuntes iverunt ad villam et locum Praturloni ipsius D. Guielmini et ibidem acceperunt et depredati fuerunt animalia bovina et greges et omnia bona hominum de dicta villa, ceperuntque nonnullos eiusdem massarios et subditos et demum domos et ea portare non potuerunt, combusserunt et depredata ac homines captivatos conduxerunt ad dictam Zopulam, quare petit prefatus D. Iohannes pro se et dicto eius Patre predictum Natalem et fratrem condempnari ad emendationem et satisfactionem dictorum dampnorum que ascendunt ultra summam trium milium ducatorum ~~et per Vestram Reverendissimam Paternitatem~~ particulariter denominandorum si fuerit expediens et per Vestram Reverendissimam Paternitatem et Dominationem ac prelibatorum venerabilitatem, spectabilitatem et prudentiam prefatum Natalem et fratrem astringi ad emendandum et satisfaciendum de omnibus et singulis dampnis et pro(?)missis in illis.

Item proponit antedictus D. Johannes de anno et mense presen=
tibus fuisse indebite illatum infrascriptum gravamen An=
tonio de Brugnaria que est subiecta Sacro Imperio et eius nomine ser=
vatur et custoditur fuerunt enim dicto Antonio accepti quatuor boves
cum curru et tenet X solidis, a familiares Capitanei Sacili ante
pontem Sacili in burgo Antonii et tamen idem Antonius solverat
pontaticum solitum, solverat quoddam dacium impositum in dicto
loco a sex vel septem annis citra contra morales et antiquas consuetu=
dines Patrie, videlicet soldos duo pro plaustro. Item quod quum Daniel
de Tagana erat in dicto Sacilo Capitaneus pro Illustri Domino Antonio
de Portugruario, fuit et alia nova et indebita gabella imposita, vide=
licet, quod venientes ad loca propria Forijulii pro singulo curru solve=
rent soldos quinque et unum pro buleta, prefatus Antonius reman=
serat ante fores domus ubi fit consilium in dicta Terra expectans
Vicecapitaneum Sacili ut faceret sibi buletam, licet non debeat
talis gabella solvi, non enim reperietur hoc fuisse nisi a tempore
quo est dictum supra. Et ideo supplicat prefatus D. Johannes ante=
dictus Vestre ~~Vestre~~ Ill.me Pat~~ernitati~~ et Dominationi~~bus~~, Vene=
rabilitatibus, Spectabilitatibus et prudentiis vestris ut astrin=
gatur prefatus Capitaneus ad restitutionem vecturarum per eius
familiares ut supra et quod deinceps ibidem non petantur
vel exigantur mute aut impositiones nisi prout consue=
tum erat et esse debet de antiqua et morali consuetudine
Patrie Fori Julii. =

Querele dei monaci di Sumaga contro Natale Panciera di Portogruaro, presentate al Patriarca d'Aquileja [illegible]

Cop. MSS Orgiano, Bibl. Venez. [illegible] 1?5

Capitula querele facte pro parte venerabilis viri Domini Fratris Jacobi Dei gratia Abbatis Sumaquensis et sui Monasterii contra et adversus Natalem Pancieram de Portugruario, supra quibus suppliciter instatur providere per Rev.dum in Christo Patrem et Dominum nostrum D. Ludovicum eadem gratia sancte Sedis Aquilejensis Patriarcham ac Colloquium huius sue Patrie Forijulii in utilitatem utriusque D. Abbatis et Monasterii Sumaquensis.

Primo gravi cum querela exponitur, quod cum iam quinque annis elapsis vel circa idem D. Abbas absens esset a dicto suo Monasterio pro negociis ipsius Monasterii, dictus Natalis cum comitiva peditum suarum accessit ad Monasterium ipsum manu armata et destruxit foveas ipsius Monasterii et eius muros deruinavit ac portam et turrim eiusdem Monasterii ad terram prostravit in gravissimum dicti Monasterii detrimentum atque damnum ultra valorem quinquecentum ducatorum auri.

Secundo exponitur quod post predicta dictus Natalis non contentus accessit iterato ad dictum monasterium cum stipendiariis suis, seu misit gentes suas ad depredandum monasterium ipsum et homines ipsius tenendum, ex quo tunce non solum laycos sed etiam monacos dicti loci capi fecit atque derobari, depredando eciam res et bona dicti monasterii tam sacras quam non sacras videlicet de Ecclesia apportavit palia, antilia, libros et campanas et de monasterio ipso apportarunt lectos preparatos cum linteaminibus et cultris suis nec non masaricias

MSS Orgiano [illegible] Firenze [illegible]

loci quamplurimas et vasa VIIII partim plena et partim vacua et quandam archam in qua erant XII staria frumenti captivando et apportando eciam cum dictis personis captis par unum bovum cum curribus et aliis rebus loci ut ferramenta masseritie et alia, unde locus ipse Sumagulis deterioratus est ultra valorem ducatorum mille auri:

Tertio exponitur, quod cum dictus D. Abbas haberet supra ripa[m] monasterii passus lignorum circa CC valoris librarum CCCC parvorum vel circa, dictus Natalis dicta ligna accipere fecit et in suam et suorum utilitatem convertit: et hoc non obstante intravit et intrari iussit [illegible] suos in domum dicti monasterii que est in Portugruario versus Castrum et fecit eidem D. abbati et monasterio suo accipere vasa vacua quamplura ac devastare totam, faciendo de ipsa domo in totum vel in parte eius magnas stallas equorum ac destruendo et deruinando certas alias stallas ibidem nec non comburendo balchiones, banchos, capsas et alias leticas et res in tantum quod domus ipsa fuit et est deteriorata ultra valorem [illegible] ducatorum auri.

Quarto exponitur, quod cum prefatus D. Abbas haberet in Portuveteri asseres [illegible] CCLX et de albedo asseres CC causa reparandi molendina sua ibidem existentia, dictus Natalis ipsos omnes asseres accipere fecit et quod deterius est ipsa molendina cum una sua seca totaliter destruxit asportando et in utilitatem suam convertendo mollas dicto rum molendinorum videlicet quatuor paria mollarum ac asseres predictos et alia, que fuerunt in damnum prefati D. Abbatis et monasterii ultra valorem ducatorum sexcentum auri

Quinto exponitur ratione, quod cum dictus D. Abbas haberet in Portugrua
rio in quadam canipa Bertholi sartoris in deposito et servamento circa
urnas vini terrani XL, dictus Natalis sentiens, abstulit totum vinum
et vasa vacua restitui fecit, unde damnificavit d. suum monasterium
de ducatis XL auri.

Sexto exponitur, quod cum dictus D. Abbas propter predicta iam
circa quinque annos preteritos fuisset absens ab ipso monasterio suo nec
potuisset uti, frui et conversari in domo sua de Portugruario nec in
[illegible] [illegible] imponente, nec etiam potuerit interim molendina et
seca predictas quia destructas gaudere, ex quo damnum non modicum
passus fuerit et maxime cum molendina ipsa annuatim sibi respon
debant de afficto frumenti staria XXXIII et ultra et totidem [illegible]
et etiam dicta seca usus non fuerit, que sibi respondebat de libris X,
ideirco petit sibi refici cum ex nunc paciatur damnum de ducati[s] tercentum
[illegible] et ultra.

Pro quibus omnibus damnis et interesse pro parte prefati D. Abbatis
supplicatur sibi taliter provideri quod ipse [illegible] merito contentari. =

[illegible] Firenze [illegible]

Supplica di Leonardo Don di Gagliano massaro del Patriarca contro un ordine fattogli da Nicolò di Portogruaro Decano del Capitolo di Cividale. — Consuetudini del Friuli per ... Massari.

MSS. Varon. 665, 15 pag. 36.

Copia di Jacopo Svagi not.

Coram vobis venerabili et circumspecto viro D. Volrico Rectore ... Ussen secretario et locumtenente Rev.mi in Christo Patris ac Do=mini nostri D. Ludovici Ducis de Deck S. Sedis Apostolicae Patriar=che electi ad quem tam de iure quam de consuetudine spectat def=fensio et protectio massariorum et officialium prefati Domini no=stri Patriarche et iurium ipsorum, comparet Leonardus dictus Don de Gaglano Decanus et massarius cum Loco et focho prefa=ti D. Patriarche et contra et adversus quoddam mandatum sibi factum per venerabilem et sapientem virum D. Nicolaum de Portugruarii decretorum doctorem ac Decanum Civitatensem, quod se impedire non debeat de certis campis ac pratis ac territo=riis quod ipse Leonardus Don recognoscit ad affictum a quondam D. presbitero Varnerio officiale in Ecclesia S. Petri de Poloneto et ab eius successoribus sicut continetur in instrumentis scriptis manu Alexii notarii cancellarii Capituli Civitatensis coram vobis productis.

Et primo dicit et allegat dictum mandatum sibi factum non debere procedere de iure nec consuetudine que pro lege servatur ac vigore dictorum instrumentorum, quia dictus Presb. Varnerius cum consensu et voluntate olim venerabilis D. Johannis Perotti Decani Civitatensis, ad quem

... MSS Vagone B. ... Firenze ... 4 ...

ut dicitur spectat et pertinet seu spectabat et pertinebat collacio dicti beneficii Eccl. S. Petri prefato Leonardo Don et eius heredibus locavit et affictavit dictos campos et territoria ac prata pro af=fictu contento in dictis instrumentis, facta prius diligenti extimacione et scrutinio per prudentes viros ad hoc deputatos, utrum dicta terri=toria portare potuissent maiores et plures affictus et hoc cognito et Ieunaiter percepto non posse plus solvere de affictu, prenomina=tus D. presb. Varnerius fecit dictam locationem eidem Leonardo Don pro maiori utilitate ipsius Ecclesie, quia dicta territoria tunc erant et iacebant in pustotta taliter quod ulla persona tunc tantum dedisset de affictu et tunc quasi nihil haberi seu percipi poterat ex eisdem, nunc vero quia dicta territoria sunt bene culta, laborata et optime pastenata ac meliorata, prefatus D. Dea=nus eadem bona et territoria prelibato Leonardo Don occupare intendit, non obstante quod ipse Leonardus Don a tempore conductionis citra semper anno singulo annualiter ac integraliter affictus suos predictos persolverit non obstan=tibus guerris et malenconiis occursis et existentibus in Patria Forijulii et quod ad presens existunt et occurrunt.

Item dicit ipse Leonardus Don dictum mandatum non procedere, quia talis consuetudo est in Patria Forijulii, videlicet quod si aliquis massarius alicuius Eccl., Ecclesie vel aucisiast...

ptime territorium sibi locatum bene cultivaverit et laboraverit et affictus suos debitis temporibus solverit et territorium meliorarerit ut ipse Leonardus fecit, Domini, Capitulum seu Ecclesia aliqua dictum territorium minime auferre debet nec potest de consuetudine, que iam de iure habent et conservant et in Capitulo Civitatensi diu posita observata

Quare prefatus Leonardus dom tamquam massarius et laborans prefati D. Patriarche petit supplicat et instat ut ipsum tam in iure suo quam in consuetudine Civitatis ac Capituli Civitatensis et Patrie Foriiulii in iure placeat et velitis habere favorabiliter recomissum, quia non esset equum neque iustum quod mercenarius labores suos et mercedem perdere deberet, ut hic, non obstante quod propter meliorationem dictorum bonorum sibi locatorum modo plus de affictu habere possit aut per aliquas personas sibi aliqualiter offeratur quod antea non fuit nec haberi potuit.

Supplica di Dabalmo Andreotti fatta al Re Sigismondo contro gli uccisori del padre suo Marquardo e altri danni sofferti ad opera di Tristano di Savorgnano.

Cris... Vol 666, 15 p. 66, MSS Ongaro, Bibl. Marciana

Coram Nobis Serenissimo et Invictissimo Principe ac Domino nostro D. Sigismundo divina favente gratia Ungarie Rege ac Romanorum Rege semper Augusto, comparens Dyetalmus q. nobilis Ser Marquardi de Andriotis de Utino pro se et fratribus suis et ... ribus et filiis eiusdem olim Ser Marquardi, exponit et cum querela gravissima conqueritur infrascripta vera fuisse affirmans, videlicet quod dum dictus Ser Marquardus civis honorabilis Terre Utini, vir bonus et vite honeste ac semper adherens libertati ... et maxime statu Sacri Romani Imperii contrariusque tirannidi et superbie impii et proditoris Tristani alias de Savorgnano nuncupati resistere vellet cum nonnullis probis civis eiusdem Tristani superbie et tirannidi, qui non solum cives Terre Utini sed etiam Castelanos et potentia sua indebite et de facto opprimebat tamquam tirannus in Patria Fori Julii factus, captus fuit in odium eiusdem proditionis et tiranie, qui quali modo mortem ... Ser Marquardi patris antedicti Dyetalmi pertractaverit narrent in hac forma: Quod ipse Tristanus tamquam dolosus, cupiens in Terra Utini de qua dominum se intendebat facere, non habere aliquos sibi contrariantes, sed quod omnes sub suo timore permanerent, disposuit, prout fecit a Venetiis secum conducendo maximam partem omnium Terre Utini qui sibi videbantur esse

... MSS Ongaro ... Firenze ...

contrarii et eius Nutrii nostrorum et maxime attinentes et propinquos antedicti Ser Marquardi, qui dum esset Utini dato prius ordine cum Franciscutto eius fratre similiter proditore quid in Terra Utini facere deberet, tandem per ipsum Franciscuttum dicti Tristani fratrem coadunatis nonnullis rusticis et incolis sibi subiectis quadam die mercurii de mane ante tercias dicto Ser Marquardo tamquam fideli christicola de ecclesia venieate, dictus Ser Marquardus invasus fuit per assassinos et malefactores qui tunc per ipsum Franciscuttum coadunati fuerant in merchato veteri iuxta domum Magistri Iohannis de Spinimbergo quem Ser Marquardum ad domum suam venire intendentem, agressus fuit quidam Franciscus olim Dogni de Castello cum ceterorum malefactorum comitiva et eundem Ser Marquardum decem et octo vulneribus sautiaverunt, relinquentes eum in terra prostratum pro mortuo, qui Ser Marquardus sic acriter vulneratus per nonnullos suos attinentes ad suam domum portatus fuit et de nonnulla hominum comitiva que ad postulationem dicti Tristani et Franciscutti proditorum stabat attenta in domibus aliquorum conciviam Terre Utini et benivolorum domui ipsorum Tristani et Franciscutti; de eisdem domibus exivit et in platheam se transduxit publice dicendo: quis est qui contradicere velit domui et cassate de Savorgnano; euntibus interim per Terram certis familiaribus eius Tristani et dicentibus artesanis eiusdem Terre Utini, quod si aliquem in Terra presentiret rumorem de mandato dictorum Tristani et Franciscutti non auderent neque presumerent de eorum domibus et stationibus aliqualiter removere, sed quod dimittere facerent dum comitivam ipsi Tristani

...orum verborum ~~[illegible]~~, nullus ex antistitis se de domo movit. Deinde,
...diebus, dum idem Ser Marquardus ad domum ductus fuisset, dictus
Franciscuttus cum Rectoribus tam regentibus iniungi fecit in mandatis
nobili medico et barbero Terre Utini, ne ipsi Ser Marquardo me-
deri deberent sub pena capitis et indignationis domus de Savorgnano,
quod sic factum fuit et deinde dictus Dyetalmus [illegible] eiusdem
Ser Marquardi filius, certum medicum de Civitate Austrie [illegible]
et Magistrum Johannem de Feraria Utinum venire fecit, propter
[illegible] et curare vulnera sui patris, qui medicus immediate per
[illegible] de Savorgnano licentiatus fuit, minantes eidem quod si de subito
[illegible] expediret Terram, tractarent eum peius quam ipsum [illegible]
[illegible] tractaverat. Qui medicus metu ipsorum, de Terra Utini recessit,
[illegible] incuratus permansit dictus Ser Marquardus usque ad terciam
[illegible] et illationem vulnerum sibi factorum, qua die tercia post
[illegible] in Domino diem clausit extremum. Quo de facto metu et
terrore illorum de Savorgnano, nullus ex concivibus Terre Utini ausus
fuit eius corpus ad Ecclesiam sotiare quod inauditum semper fuit
[illegible] oportuit Fratres Ecclesie S. Petri martyris dictum eius corpus ad
Ecclesiam sotiare, predictorum de Savorgnano metu et terrore.
Supra quibus instat et requirit cum instantia Reverendissimam Pa-
ternitatem vestram dictos Tristanum et Franciscuttum alios
de Savorgnano et eorum in hec complices et sequaces qui in processu
exprimentur et nominabuntur puniendos fore et secundum iuris ordi-
nem puniri debere ut hec cedant in aliorum exemplum, ne
de suis possint male gestis gloriari, ad rectitudinem et iustitiam
semper in premissis habendo respectum. =

contrarii et eius Stetrini ~~vero~~ et maxime attinentes
et propinquos antedicti Ser Marquardi, qui dum esset ibidem,
dato prius ordine cum Franciscutto eius fratre similiter proditore
quid in Terra Utini facere deberet, tandem per ipsum Franci-
scuttum dicti Tristani fratrem coadunatis nonnullis rustricis et
incolis sibi subiectis quadam die mercurii de mane ante tercias
dicto Ser Marquardo tamquam fideli christicola de Ecclesia ve-
niente, dictus Ser Marquardus inventus fuit per assassinos et
malefactores qui tunc per ipsum Franciscuttum coadunati fuerant
in merchato veteri iuxta domum Magistri Iohannis de Schrain-
bergo quem Ser Marquardum ad domum suam venire intenden-
tem, agressus fuit quidam Franciskus olim Danzini de Castello cum certorum
malefactorum comitiva et eundem Ser Marquardum decem et octo vulne-
ribus sauciaverunt, relinquentes eum in terra prostratum pro mortuo,
qui Ser Marquardus sic acriter vulneratus per nonnullos suos attinentes
ad suam domum portatus fuit et sic nonnulla hominum comitiva que ad
postulationem dicti Tristani et Franciscutti proditorum stabat attenta
Litteras vestras hodie hora xx recepimus, in quibus nobis scribitis quomodo desideratis habere litteras nostras et litteras Domini nostri Regis in facto Antichi de Castello, de quibus valde miramur, cum littere nostre expresse dicant quod illa que mandavimus et mandamus possitis et procedere de voluntate et mandato regio et sub pena x millium ducatorum, quam penam vos incurrere volumus et incurrisse propter vestram negligentiam; quapropter adhuc omnibus mandatis Domini nostri Regis et nostris non obstantibus sub obtentu gratie Regie Maiestatis et nostra strictissime vobis mandamus quatenus excusatione et dilatione quacumque postposita iustitiam de prefato Antichio de Castello faciatis examinando per eundem et per alia iuris remedia que fieri debent, ut pauperes et oppressi per ipsum sentiant iustitiam et equitatem, licet usque venerit in exercitu dum tamen omnino intersit Domini nostri Regis et nostra sit cuilibet petenti iustitiam ministrare et huiusmodi mandatorum nostrorum contemptores extiterint, quod absit, volumus vos omnino incurrisse penam duplam, videlicet xx millium ducatorum Domino nostro Regi et camere nostre applicandorum.

Datum in exercitu prope Savorgnanum die xix decembris (1413).

1413, 23 dicembre Udine. Il Capitolo di Cividale si appella al Pontefice contro certe imposizioni decretate dal Parlamento per spese di guerra. —

Pre Enrico Praytenreuter notaio in Cividale.
(Archivio Portis, orig.)

A. D. 1413, ind. VI, die sabbati XXIII decembris, actum Utini in domibus Episcopatus Concordiensis, in camera cubiculari Rev. di Patris D. Henrici Episcopi Concordiensis, ipso in lecto iacente, presentibus ibidem venerabili et honorando viro D. Nicolao de Portugruario Decano Civitatensi, presb. Jacobo Franceschi septimanario Utinensi, Petrobino notario de Glemona, Bartholomeo q. Henrici de Padua familiare dicti D. Episcopi testibus.

Ibique Ven. vir D. Johannes Franciscus canonicus Civitatensis ac sindicus Capituli Civitatensis asseruit quod nuper nondum decem diebus elapsis per ipsum D. Episcopum tamquam Consiliarium Colloquii et alios collegas suos Capitulum ipsum indebite condempnatum fuit ad solvendum certas impositiones sibi factas per certos Deputatos Colloquii pro expensis factis pro framento misso Sacilum, pro palata facta in Livencia et pro stipendio centorum Ungarorum, ad quas impositiones ipsum Capitulum non tenetur et sentiens se gravatum nomine dicti Capituli appellavit in scriptis ad Sanctissimum Dominum, nostrum Papam, quam appellationem eidem D. Episcopo presentavit petens apostolos in forma. (?)

1413, 24 decembre. Cividale. Il monastero di S. Maria della Valle di Cividale, s'unisce al Capitolo di Cividale, nella protesta ed appello contro le imposizioni di guerra decretate dal Parlamento. —

1413 [illegible] | 20 Febraio [illegible] Venetiae [illegible]
[illegible] borgo con 50 lancie

[illegible] Spilimbergo, Militi [illegible] Marchioni

[illegible] Dux Venetiarum etc. Egregio et nobili [illegible]
Spilimbergo Militi Histrie Marchioni amico dilecto salutem et sincere dilectionis
affectum. Deliberavimus velle conducere presentialiter ad soldum nostrum nonnullas
gentes armorum et optantes quos conductores sint [illegible] et fideles, quarum nos
[illegible] et iamdiu gratum [illegible] utilitate et [illegible]
[illegible] foret, esset [illegible] vestra [illegible] pro parte gentium predictarum et [illegible]
nobilitati vestre [illegible] in casu quo vobis placeat venire ad
servitium nostrum predictum cum lanceis quinquaginta ad ducatos quindecim pro qualibet
lancea, [illegible] quatuor mensium prestantiam ducatorum et paga [illegible] futura [illegible]
armata, defalcando prestantiam predictam in quatuor mensibus, omni mense quartum
et cum quatuor mensibus de respectu. [illegible] litteras [illegible]
in nostram presentiam veniatis vel unum de vestris cum plena intentione [illegible]
et possimus esse in concordio de aliis pactis et conditionibus [illegible]
quos dictas gentes [illegible] omnino habere [illegible] longius [illegible]
[illegible] proximum. Quando autem [illegible] non posse venire aliqua causa,
placeat nobis quod [illegible] nobis de [illegible] conductoribus
[illegible].

Datum in nostro Ducali palatio die XX mensis Februarii, Indictione decima.

[illegible] Procello [illegible] Spilimbergo [illegible]

1434, 17 gennajo. Udine. Lettera del Re de' Romani Sigismondo al Comune di Cividale, perchè presenti in Udine le sue ragioni nell'abbazia di Rosazzo. 66

Arch. Mun. di Cividale (in copia Coll. Canina).

Tergo/ Honorabilibus Gastaldioni, Provisoribus, Consilio et Comunitati Civitatis Austrie nostris et Sacri Imperii fidelibus dilectis.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus et Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Rex.

Honorabiles fideles dilecti. Gravem et dolore non vacua querelam super miserabili statu Monasterii de Rosacio, publica precedente insinuatione accepimus continentem, quod quamvis idem Monasterium laudabilis conversationis observantia fratrum et Monachorum Ordinis S. Benedicti disciplina regulari in laudem Domini nominis fuit a diebus antiquis dedicatum atque cultum, verum a nonnullis retroactis temporibus Abbate et Pastoris solatio viduatum multiplicia sustinuit et sustinet in temporalibus et spiritualibus incommoda et detrimenta orta equidem de et supra Iurepatronatus dicti Monasterii inter Venerabilem Ludovicum Patriarcham Aquilegensem ab una et vestram Universitatem parte altera contentionis materia idem Monasterium quodammodo sit desolatum prohibet ut nisi eidem celeri provisionis et relevaminis remedio succurratur in proximo amplius non adjiciet ut in statum pristinum resurgere valeat. Nos volentes ne ipsum Monasterium in offensam Dei et divini officii diminutionem longe vacationis ferat dispendia et huiusmodi contentionis inter prefatum Patriarcham et vos subiacente materia audire simpliciter et de plano examinare, decidere et fine debito sententiare in terminis abbreviatis et sine strepitu

et figura iudicii procedendo maxime attento quia necessitas eiusdem Monasterii requirit in iis celerem expeditionem. Quocirca Universitati vestre fidelitati firmiter iniungendo mandamus quatenus die mercurii proxime venturo coram Nobis cum universis iuribus, privilegiis et munimentis quibus in dicto Monasterio Iuspatronatum habere contenditis una cum prefato Patriarcha legittime hinc inde comparentes, iustitiam in premissis, quam largiente Domino unicuique ministrari intendimus, recepturi et audituri, nullam in hoc negligentiam committendo.

Datum Utini XVII die januarii, regnorum nostrorum anno Hungarie XXVII, Romanorum vero III°.

Per mandatum D. Regis Prepositus S. Stephani Vicecancellarius.

1413 (1). Supplica del nob. Bartolomeo q. Sr Vicardo di Prampergo all'Imperatore Sigismondo per aver il possesso di beni a lui lasciati da Gio Francesco di Pers ed usurpati dal ribelle Odorico di Pers

Vol 666. MSS. Orgiano Bibl. Civ. Verona, pag. 176.

Serenissime Princeps ac Invictissime Rex. Vestre Celsitudini exponit et conqueritur Bartholomeus olim Ser Vicardi de Prampergo Aquilegensis Diocesis, quod quondam Johannes Franciscus de Pers in millesimo quadringentesimo tertio in suo ultimo testamento suum heredem universalem instituit in omnibus bonis suis Bartholomeum antedictum. Post cuius testatoris mortem orta questione et differentia de bonis et hereditate sua inter eumdem Bartholomeum parte ex una et Odoricum de Pers de presenti rebellem Sacri Romani Imperii et Ecclesie Aquilegensis parte ex alia, ambo compromiserunt in nonnullos arbitros et amicabiles compositores cum promissionibus, obligationibus et iuramentis hinc inde promissis et prestitis. Qui Domini Arbitri tandem eorum diffinitivam sententiam et arbitrium protulerunt et ambe partes illam approbaverunt et ratificaverunt licet per dictam sententiam et arbitrium dictus Bartholomeus per dictos Dominos Arbitros enormiter fuerit lesus et damnificatus. Post quam quidem latam sententiam idem Odoricus de Pers licet illam approbasset et ratificasset, neglectis promissionibus et iuramento proprio denegavit et renuavit adimplere et facere iniuste

(1) Desumesi l'anno da quello della morte del Vicario di Aquileja Federico di Porcengo o dalla presenza dell'imp. Sigismondo in Friuli ai primi mesi del 1413.

sibi in dicta arbitrali sententia. Et quamquam licitum fuisset eidem Bartholomeo etiam non observare dictam arbitralem sententiam ex quo idem Odoricus prius non observavit, nihilominus quia idem Bartholomeus iuraverat observare sententiam et timens incurrere periurium si contrafaceret, habuit recursum ad sedem apostolicam pro absolutione iuramenti. Et tandem olim bone memorie Bonifacius papa VIIII et successor suus Innocentius papa XII per autenticas et apostolicas litteras commiserunt et mandaverunt venerabili D. Decano Aquilegensi ut si vocatis partibus reperiret eundem Bartholomeum per dictam sententiam lesum et enormiter damnificatum, dictum compromissum et sententiam et omnia exinde secuta cassaret et annullaret, nec non iuramenta per eum prestita relaxaret et eundem Bartholomeum ab eisdem absolveret ac eundem restitueret et reponeret in illum statum in quo erat ante dictum factum compromissum. Quibus quidem litteris apostolicis pro parte ipsius Bartholomei presentatis olim ven.li viro D. Federico de Pulcinico decretorum doctore tunc Decano Aquilegensi et citato legitime coram eo prefato Odrico et pluribus actibus iudiciariis observatis, idem D. Decanus mortuus est, quin imo etiam his pendentibus et exorta guerra inter Maiestatem Vestram et Comunitatem Venetiarum, idem Odoricus adhesit Venetis et adheret de presenti contra Romanum Imperium, Vestram Regiam Maiestatem et Ecclesiam Aquilegensem

et per consequens bona sua tanquam rebellis Imperii vestro fisco
sunt confiscata. Et quia Clementissime Rex idem Bartholomeus
est heres universalis ipsius quondam Johannis Francisci vigore sui
testamenti, ac idem Odoricus rebellis Imperii neglexit parere dicte
arbitrali sententie et maxime attenta morte ipsius D. Decani co=
ramquo dicta questio vertebatur ut pareatur et subveniatur
expensis et indempnitati ipsius Bartholomei ne de novo coram
alio oporteret litigare: supplicatur eidem Regie Clementie
ad quam spectat super his providere tanquam de bonis sibi
confiscatis ut dignetur declarare eundem Bartholomeum
tanquam heredem universalem ponendum et inducendum in
tenutam et corporalem possessionem bonorum omnium et here=
ditatis dicti quondam Johannis Francisci, non obstantibus
quibuscumque in contrarium facientibus. Cum idem Bartho
lomeus sic positus et inductus offerat se parere iuri et respon=
dere de iure cuicumque pretendenti se habere melius et potius
ius in bonis et hereditate antedicti Johannis Francisci et
nihilominus quia idem Odoricus a tempore mortis ipsius Jo.
Francisci indebite et iniuste percepit et exegit fructus, red=
ditus et proventus bonorum et hereditatis sue qui ad eundem
Bartholomeum spectabant et pertinebant de iure et quia pre=
dictis occasionibus idem Bartholomeus multas expensas et dampna

in iudicio et extra passus est, petit et supplicat ut Vestra Regia Clementia sic et taliter dignetur providere quod eidem Bartholomeo super bonis que fuerunt dicti Odorici et nunc confiscatis, solvatur usque ad integram satisfactionem quos fructus, damna et expensas idem Bartholomeus dicit ascendere ad ducatos mille auri. ——

Nota: pendet.

~~Anno 1413~~

XXVIII

1413. Udine Scuse di Ser Pretto di Zucco nelle questioni per il castello di Moruzzo, presentate ~~a~~ S. Sigismondo Re de' Romani.

1413 ~~Verona~~

MCCCCXIII. Excusationes ser Pretti de Zucho

Serenissime Maiestati Vestre humiliter ac devote exponitur pro parte eiusdem Maiestatis fidelis servitoris Pretti de Cucanea qualiter quondam ser Johannes eius pater ab octo annis citra et ultra iusto et vero titulo emptionis tenuit et possedit partem Castri Murucii que fuit olim ser Federici consortis infrascripti ser Marci, deinde post ipsius patris sui mortem ipse Prettus servitor M. V. certo tempore similiter tenuit et possedit, quo tempore exorta guerra inter Utinenses et eorumque Colligatos ex una et Civitatenses et eius Colligatos ex altera, dictus Prettus et Marchus de Murucio compositionem et pactum invicem fecerunt, quod neque dictus ser Marchus absque voluntate et licentia ipsius Pretti posset dampnificare aliquos de Patria nec e converso prefatus Prettus absque dicti Marci licentia et consensu aliquem de Patria similiter dampnificare posset et quod unus alteri deberet facere bonam societatem permittendo intrare unus alterum seu eius Capitaneum in dictum Castrum ad eorum beneplacitum prout de hiis plenius constat quadam ipsius Marci litera manu ipsius scripta et eius sigillo proprio sigillata. Qua promissione et pacto non obstantibus idem Marchus quemdam ipsius Pretti Capitaneum ad custodiam partis sue Castri Murucii predicti deputatum

violenter et de facto a dicto loco expulit, per hunc modum ipsum Prettum a possessione partis sue loci predicti spoliando et detinendo eidem pariter alia bona in potestatem occupata, que bona fuerunt predicti Ser Federici consortis sui, cuius heres ipse Prettus et consortes sui sunt. Quapropter idem sér. Maiestati humiliter supplicat ut sic dignetur ipsum Prettum et consortes eius indebite et de facto spoliatos in pristinam possessionem partis suorum loci Murucii et bonorum predictorum sicut per Magnificum D. Peponem determinatum fuit, reducere et restituere primo et ante omnia, deinde aliam cognitionem preditorum committere vel de iure cognoscenda committere, cum idem Prettus pro se et consortibus eius offerat se paratus supra predictis parere iuri et ausyre quid iustum fuerit et ordo dictaverit rationis.

Insuper Ser. Maiestati Vestre pro parte eiusdem Maiestatis Vestre dicti servitoris et fidelis Pretti de Cuchanea contra quem seu ad ipsius est deductum noticiam per Rev.mum DD. Lodovicum Patriarcham Aquilegensem est facta et expedita certa querela, quod contra determinationem et deliberationem alias factam in pleno Parlamento Patrie, videlicet quod nullus pro D. Tristano de Savorgnano et de domo sua intercedere deberet intercesserit et quod prestiterit auxilium, consilium et favorem pro eo, dando eidem et castris suis victualia etc.: respondetur et primo quoad primam partem verum esse dictum Prettum pro dicto D. Tristano intercessisse

illa forma, videlicet quod ipse Prettus tamquam persona requisita per Magn. D. Pisonem servitorem M. V. secum accederet ad partes Ungarie, accessit portavitque manu certam litteram credencialem sigillatam sigillo certorum Nobilium Patrie Vestre Regie Maiestati, cuius vigore dum ad presentiam M. V. fuisset, exposuit et confirmavit ea que Ambassiatores totius Patrie dixerant et exposuerant. Quantum vero ad aliam partem quod prestiterit auxilium et favorem dederitque victualia locis dicti D. Tristani, respondetur hoc minime verum fore, nam sicut notorium et manifestum est pluribus civibus Civitatensibus ipsum Prettum oportuit emere bladum prout emit in dicta Civitate Austrie, si suam vitam ducere voluit in hoc seculo in vicibus quamplurimis, per que regia Maiestas comprehendere potest predicta sibi imposita minime vera esse, cum etiam si ipsi D. Tristano et locis suis, qua intentio ipsius tamen numquam fuit subvenire de victualibus voluisset, non potuisset quod si per Vestram R. M. unquam repertum fuerit, quod dicto Tristano et locis suis subvenerit et victualia aliqua prestiterit vult penam propria in persona patiet luere.

Item ad obiecta et imposita prefato Pretto servulo M. V. per Marchum de Murucio de et supra captivationem ipsius Marcichi respondetur verum esse dictum Marchum alias captivatum fore per ipsum Prettum et hoc tempore guerre vigentis inter Civitatenses et Utinenses

... Nuovi Vagono ... Firenze ...

tamquam more guerre, sed non ad aliquem malum finem et non causa extorquendi aliquod de suo, quem Ser Marchum et quemdam eius famulum subito cum scriptum et intimatum fuit sibi per Officiales D. Federici Comitis de Ortemburg et per Comunitatem Utini quod eum relaxare deberet, volens mandatis dictorum Officialium obedire et precibus dicte Comunitatis annuere, libere relaxavit non accipiendo neque extorquendo sibi aliquid de suo. Et si vigore captivacionis predicte penam aliquam pati deberet, dicit quod habet quandam litteram dicti D. Piponis eidem sibi factam nomine R. M. per quam absolutus et liberatus est. Super autem obiectis sibi per dictum Marchum quod derobaverit burgum dicti Castri Murucii, dicit hoc minime verum fuisse, ymo admiratur quod predicta dicere ausus est contra omnem veritatem.

... vita... pac..., faciant amicos et concordare debeant.

Bibl. di Verona. Mss. Vol. 666. 15°. pag. 241

1413, 26 aprile. Udine. Supplica di Francesco ed Antonio q. Ser Missio di Remanzacco abitanti in Udine per essere ritornati dai danni sofferti ad opera di Federico e Tristano di lui figlio di Savorgnano, il primo dei quali fece uccidere il padre.

Orig. MSS. Ongaro Bibl. Verona, 66, 15, pag. 53.

Reverendissimo in Christo Patri et D. Ludovico Duci de Deck me non Patriarche Aquilegensi dignissimo et Magnificis Domi= nis Deputatis ad Parlamentum per invictissimum Imperatorem nostrum.

Invictissime Maiestati vestre exponitur humiliter et devote pro parte fidelium servitorum eiusdem Maiestatis vestre videlicet Francisci et Anthonii fratrum de Utino quondam Ser Missii ac Nicolai eorundem nepotis, qualiter dum Sedes Aqui= legensis vacaret et eidem provisum foret per D. Papam de quodam Rev.mo D. Philippo Cardinali sub titulo Commende, quod tandem D. Cardinalis in Patriam applicuit per ipsius D. Cardinalis talem adventum in Patriam multa et diversa scandala, errores et guerre orte fuerunt in Patria maxime inter Utinenses et eorum Colle= gatos ex una parte et Civitatenses et eorum Collegatos ex alia parte, qua guerra per multos annos in Patria perduravit ad magnam ipsius Patrie consumptionem. Denique pro pacifico statu et tranquillo eiusdem Patrie D. Papa qui pro tempore erat transmisit in Patriam quendam D. Patriarcham Jerosolimitanum ut Vicarium Apostolicum, defensorem, gubernatorem Patrie antedicte, qui quidem D. Vicarius Apostolicus antedictus post multa dum intra Utinum applicuisset, confisus prudencia et discrecione

prefati Principi eundem Franciscum tanquam fidelem servitorem sancte Romane Ecclesie ac Aquilegensis Ecclesie elegit in suum Secretarium et fidelissimum Consultorem, cui ut fideli Secretario suo omnia sua secreta et occurrentia revelabat et inter alia sibi tandem revelavit quomodo persenserat olim D. Federicus de Savorgnano milite patre Tristani de Savorgnano conspirasse cum Illustri Principe D. Duci Austrie et cum Magnifico olim Paduano contra honorem et statum sancte Romane ac Aquilegensis Ecclesiarum, instans idem D. Vicarius Apostolicus tam ipsi Francisco tunc eius Secretario et Consultori quam etiam aliis suis Secretariis et Consultoribus pro quibus similiter ea occasione miserat, ut sibi consilium et favorem prestare vellent pro iure et iustitia administrando supra premissis et premissorum occasione. Qui quidem Franciscus presentiens bellicosum statum tunc temporis in Patria vigentem, maxime attento et considerato quod Dominium Venetiarum in Patria Fori Julii plura Fortilicia habebat, similiter et Dominus Paduanus etiam multa Fortilicia habebat in Patria et quod in Terra Utini gentes Venetorum erant in copia magna, valde dubitans ne forte Patria et Ecclesia Aquilegensis, ammissa libertate propria subiugaretur aut ipsi Dominio Venetiarum aut ipsi Domino Paduano aut aliquo forte tumultu in Terra Utini elevato, bona civium omnium ad confiscationem mitterentur, consuluit et instetit pro bono pacis et concordie et tranquillo statu tam totius Patrie quam Terre Utini antedicte, quod eundem D. Federicum de Savorgnano minime supra premissis, [illegible] deberet et sic obtentum fuit per omnes in prefati D. Patriarche Consilio.

Postquam per satis magnum temporis spatium antedictus D. Federicus
de Savorgnano dum premissa ad eius aures pervenissent, instetit
cum Francisco prefato Consiliario et Secretario antedicto, ut sibi
tractatum et consilium suprascriptum deberet seriosius dilluci-
dare. Qui quidem Franciscus tanquam fidus servitor et secre-
tarius Domini sui, predicta sibi revelare protinus denegavit.
Post hec sepedenique volente eodem D. Federico et instante eundem
Franciscum post multum temporis spacium ut et c[onjun]ctim
itaque predicta revelare debere et ipso Francisco premissa sibi fa-
cere recusante, tractatum fuit contra ipsum et quondam patrem suum
predictum, ipsis occasione premissa in carceribus detrudi debere, prout
indubie factum fuit et dum repertum fuit ipsum nullum crimen
comisisse, fuit libere relaxatus, sed eius quondam pater prefatus ad
instanciam dicti D. Federici per quosdam suos emulos ipsi D. Federico
[adhe]rentes fuit impie, inique contra ius et fas in octo millibus ducatis
mulctatus et condempnatus, quod cessit ad ruinam ipsius et domus sue con-
sumptione. Quare suprascripte Maiestati vestre supplicatur hu-
militer et devote pro parte fratrum et nepotum prescriptorum
[qua]tenus [...] in premissis informationem habere eadem Vestra Maiestas
dignetur seu illam viro scientifico et fideli premissorum cognicionem dele-
gare dignetur, supra quibus et eorum occasione si repertum fuerit
eundem Franciscum in aliquo fuisse sontem, culpabilem ac reum,
non fugens iusticie cultum sed affectans, instat contra se et bona
sua gladium iusticie dirigi et admoveri. Sin autem repertum fue-
rit ipsum fuisse virum fidum, secretarium et Consultorem iustum
nulliusque criminis labe pollutum: instat sibi, fratri et nepotis suis pre-
fatis refectionem, restitucionem honoris sui et suorum, restaurum et emen-
dationem dampnorum omnium ac interesse suorum antedictorum contra

et adversus eos qui causa fuerunt damprî sui et decorum fieri debere, prout de ipsis et Mandatis vestre celsitudine in premissis et aliis omnibus geritur et fiduciam plenioreem ==

Exp. / MCCCCXII, ind. VI, die XXVI Aprilis presentata per Franciscum Ser Nicoli —

Nota: pendet.

(1413 [illegible]) I Signori Natale e Francesch[ino] Panciera di Portogruaro si protestano innanzi al Patriarca d'Aquileja Lodovico di Teck [illegible] f[ratel]lo carnale del fu Patriarca Antonio Panciera loro fratello.

MSS. Ungaro, Bibl. Veron. [illegible] 15, pag. 49.

Copia di mano di Jacopo di Antonio Suazo di Tricesimo [illegible]

Coram vobis reverendissimo in Christo patre et domino nostro domino Lodoico [illegible] sancte sedis aquilegensis patriarcha ellecto dignissimo ac [illegible] libus egregiis et prudentibus viris Dominis prelatis, nobilibus et Comunitatibus Patrie Foroiulii [illegible] ipsius Patrie Colloquium representantibus, Nos Natalis et Franceschinus Panciera de Portugruario germani [illegible] [illegible] infrascriptas [illegible] contra et [illegible] [illegible] [illegible] patrem et [illegible] [illegible] [illegible] sancte romane ecclesie dignissimum Cardinalem [illegible] Patriarcham [illegible] germanum nostrum quam etiam [illegible] in hunc [illegible] [illegible] et protestamus quod [illegible] intendimus [illegible] responsionem nostram [illegible] cum aliqua persona in [illegible] infrascripto [illegible] tam contra prefatum Dominum Cardinalem quam etiam [illegible] [illegible] et productorum in Parliamento (sic) seu eius Consilio inchoare litigium aliquod seu litem contestare cum persona aliqua, cum in ipso Parliamento et eius Consilio multi sint nobis emuli et suspecti et nobis inimicentur eo quod etiam inimicabantur Domino Cardinali germano nostro sed [illegible] Iudiciis ordinariis Vicariorum prefati Domini nostri Patriarche [illegible] Patrie huius servato unicuique persone offerrimus nos responsuros in iure.

[illegible] primo [illegible] querelam factam per Federicum de Panegallis qui conquestus fuit contra prefatum reverendissimum Cardinalem tunc Patriarcham [illegible] quod tirannice [illegible] Terram Portusgruarii et quod

condemnavit eum et quosdam alios in certa pecuniarum quantitate contra debitum iuris etc. Nos Natalis et Franceschinus fratres germani predicti D. Cardinalis pro honore ipsius D. Cardinalis, dicimus quod ipse D. Cardinalis numquam fuit tirannus in Patria nec [illegible] sed in omnibus fuit mitis et benignus et unicuique fecit iustitie complementum secundum mores Patrie nec est aliquis qui possit aliqua ratione conqueri de eo et si Dominus noster Patriarcha vult scire quare ipse Federicus et alii fuerant condemnati videat quaternos [illegible] Portusgruarii que condemnavit eos et si quaterni fuerint mutati inquirat ab hominibus Terre non suspectis et invenietur bene que et qualia ipsi commiserunt et qualiter ipse D. Cardinalis tunc Patriarcha fuit eis benignus in pena, de humanitate nimia potest redargui, sed non de crudelitate.

Item dicimus nos Natalis et Franceschinus Pancieras prefati, non tamen animo litem contestandi hic in Parliamento vel consilio, sed solummodo animo et intentione informandi vestram Reverendissimam Paternitatem [illegible] quod satis miramur de petitione Bartholomei nati nobilis [illegible] ... de Prodolono quod petat noviter partem Castri Zopole, quam partem tenuit a duo nos emisse a dicto patre suo causis non indicta [illegible] infrascriptis. Cum enim Castrum Zopule cuius medietas ad [illegible] ... dictum Franciscum de Prodolono pertinebat per Nobiles de [illegible] teneretur et possideretur in totum et occasione Castri ipsius inter partes [illegible] lites discordie et controversie maxime a duo fuissent verse et verterentur in tantum quod duo Nobiles utriusque partis se mutuo interfecerunt ac [illegible] ipsorum etiam mortificarunt, dictus Franciscus de Prodolono et nonnulli affines sui sepe et sepius cum magna instantia nobis institerunt

et partem suam Castri predicti emere deberemus, quod ad pro tunc facere [illegible] curavimus, videntes non ipsam intricatam [illegible]. Tandem dicto Francisco de Prodolono et aliis quampluribus Nobilibus de Patria nobis maxima cum instantia persuadentibus ut ipsum Castrum ab utraque parte pro tollendis discordiis emere deberemus ne graviora in posterum scandala evenirent, fuimus contenti ipsum Castrum ab ipsis partibus emere et emimus, partibusque ipsis pretii solutionem integraliter persolvimus et ab illo tempore citra ipsius Castri possessionem pacificam usque in hodiernam diem habuimus et habemus de presenti. Quare dicimus et cum instantia supplicamus ut V. R. P. eidem Bartholomeo supra predictis dignetur silentium imponere. Nihilominus si idem Bartholomeus pretendit se ius aliquod habere, placeat V. D. ipsum ad Vicarium nostrum remittere coram quo more Patrie servato offerimus nos in iustitia respondere, cum non debet causa ista in Parlamento vel Consilio terminari, cum Castrum ipsum possederimus et possideamus pacifice iusto titulo rationis.

Item est et quidam alius cuius nomine ignoramus qui conqueritur de [illegible] ferro sibi ablato in Portugruario. Ad hoc dicimus citra litiscontestationem et animo non contestandi litem, quod nunquam nos accepimus sibi aliquod ferrum nec impedivimus nos contra eum, sed si D. Cardinalis accepit sibi, non dubitamus quod cum bono iure et iusta rationem et quandocumque fit [illegible] habemus [illegible]

Item est proposita per D. Matheum de Valvasono qui conqueritur, quod nos spoliavimus eum plebe Zopole et impedimus eum, dicimus animo non contestandi litem, quod veritas est in contrarium, nam nunquam aliquis nostrum impedivit se in aliquo, quia nostri non interest impedire nos de beneficiis, sed est verum quod D. Cardinalis germanus noster tunc Patriarcha, propter demerita sua et propter rebelliones per eum factas contra dictum tunc Patriarcham et propter adhesionem Angeli Corario damnati, privavit ipsum D. Matheum plebe Zopule

et cum auctoritate etiam Pape Alexandri contulit cuidam
Presbitero Danieli qui est in possessione dicte plebis et audi=
vimus quod Reverendus D. Guillelmus Concordiensis fecit illo Presbi=
tero Danieli certum mandatum ex deliberatione Parliamenti
quod exiret possessionem. Ipse vero Presb. Daniel de hoc sen=
tiens se gravatum, quia non citatus, non monitus, non convictus
erat condemnatus per Parlamentum, quod etiam nullo modo
habet potestatem in clericos, appellavit ad sedem apostoli=
cam et ibi prosequitur ius suum: dicimus ergo quod
nihil impedivimus nos nec impedimus sed bene supplicamus quod
ipsi presb. Danieli non fiat iniustitia et quod ipse D. Matheus uta=
tur iure suo coram iudice competenti:

Item ad proposita per Johannem de Valvasono qui conqueritur contra
nos quod impedimus nos de iurisdictione Ville Zopole spectante ad eum
et facimus fossata etc. Animo non contestandi litem, dicimus
quod non impedimus nos de iure suo sed de nostro, quia ha=
bemus et possidemus iusto titulo et sententia et laudo median=
tibus secundum mores Patrie et cum fuimus in possessio=
ne, non auctoritate nostra et ipsi de Valvasono super hoc fecerunt
nos citari in Curia Romana et ibi pendet lis et ibi utimur iure nostro
Et admiramus quare impetunt nos modo hic, offerimus nos iustitie
pausuros ibi in curia propter quod ibi tracti sumus per eos, nec in=
ferior iudex de iure potest se intromittere de fossatis que fecimus.
Fecimus quia potuimus facere, quum proprietas territorii ut fecimus

nostra est et fecimus pro fortificatione Castri nostri et ut hostes Pa=
duae scilicet Veneti non possent nobis nocere. Quare dicimus et
supplicamus sibi fore imponendum silentium rationibus supra
dictis

Item ad id quod Guiglelmus de Thopalicho conquestus fuit quod
ego Natalis accepi sibi certam quantitatem bladi, dico non animo
litem contestandi; quod nescio quod dicat et quod ipse Guiglelmi=
nus est civis utinensis et ego similiter utatur coram Rmo curam
Capitaneo nostro vel officialibus Rev.mi D. Patriarche quia respon=
debo secundum mores Patriae.

Item D. Guiglelminus de Prata conqueritur in me Vitale Vincera de Porto=
gruario quod misi famulos meos contra eum ad comburendam quandam eius Villam
et quod ulterius ingressus fui ad Medunam etc. Ad quam querelam sic dico
et prae protestor quod si aliquid dico supra huiusmodi materia, non dico
animo contestandi litem nec causa habendi aliquod litigium cum eo, quia
me non tangit, nam quidquid actum est, factum est per Rev.mum D. Cardi=
nalem Aquilegiensem tunc Patriarcham, sed nihilominus per informationem
V. R. D. dico et noto prout inferius continetur.
Et primo Rev.mus Pater D. Antonius Cardinalis tunc Patriarcha Aquilegiensis
fecit novitatem aliquam contra D. Guiglelminum de Prata, ipse Dominus
tunc Patriarcha pro deffensione sua et Ecclesie me fecit habens causam legiti=
mam, quum ipse G. de Prata contra prefatum Dominum tunc Patriarcham
et Dominum suum tractans adhesit damnato Angelo Chorario olim Pape
Gregorio nuncupato tunc Arimini residenti et ut publice tunc ferebatur
procuravit quod alter esset Patriarcha scilicet D. Antonius de Ponto tunc
Episcopus Concordiensis et sic factum est et de hoc non contentus, ut publicum

Vagnini ... Firenze

fuit primum et quod ipse Gregorius una cum ipso D. Antonio de Ponto
prefato Patriarcha ad hanc Patriam se conferret, qui Gregorius
Patriam et Fortelitia Ecclesie Aquilegensis iam inter nepotes suos
per membra disperat, prout voce publica ferebatur, cum itaque per
aquam Liquentie multis astantibus navigasset cum [illegible]
cum dicto Gregorio, Guigelminus de Prata ivit obviam ac dicto Antonio
de Ponto cum ipso suo quodque Corboloneum de subtus [illegible]
de Ponto cum ipso suo quodque Corboloneum de subtus ... ipsum
et ipsos conduxit et recepit in Prata, propter quam causam predictus D.
Cardinalis tunc Patriarcha, videns quod ipse Angelus Chorano et Antonius de
Ponto conabantur ad destructionem ipsius ac Ecclesie sue habensque in

mandatis hoc ab utroque tunc Collegio reverendissimorum domino-
rum Cardinalium ac a Sanctissimo Domino nostro D. Papa Johanne
XXIII tunc apostolice sedis legato in Bononia et a Concilio Pi-
sano quod diffinivit ipsum Angelum et sequaces hereticos
et scismaticos et mandavit ut quilibet insurgeret contra eos,
misit gentes suas ad agrediendum ipsum Angelum Chorario
et Antonio de Ponto et dictum Guigelminum de Prata ac quos-
cumque adherentes eis et ad faciendum omnia damna contra
eos tamquam contra publicos hostes Ecclesie Dei ac Patrie
Aquilegensis et sui ipsius et eius rebelles et mandavit michi
Natali germano suo quatenus mitterem etiam famulos meos,
unde si feci, feci debitum meum tamquam quia fidelis et subditus
eius, nam si facerem hodie mandata Rev.mi Domini mei D.
Patriarche, tum quia licet germanus tamen etiam familiaris

eius aram. Et quod prefatus D. Cardinalis tunc Patriarcha
propendebat et propendit dictum G. de Prata nedum adherere
dicto Angelo Chorario sed etiam Venetis prout postmodum manifeste
apparuit, mandavit gentibus suis et m. Natali familiari
meo fieri insultum in La Medina quam dictus G. de Prata
vi et contra ipsius D. Patriarche voluntatem occupabat
ne locus ipse esset causa destructionis Terre Portusgruarii et
Patrie, quum ex ipsa exibant gentes contra ipsum D. Patriarcham et
in damna fidelium suorum. Multa alia ut induitur tenuerunt
posse prefatus D. Cardinalis dicere et allegare contra ipsum D. Guigelminum, que non curo modo dicere, sed ipse D. Cardinalis suis
loco et tempore forsan ius suum prosequetur. Unde concludendo
dico quod si aliquod feci, feci mandatum Domini mei tunc Patriarche, mandata Concilii Pisani, mandata Pape Alexandri et
mandata utriusque Collegii et sic debitum meum, ipse vero non

Ad id quod dicit quod erant treuge sive Suffitientie,
dico quod hoc ignoro, sed bene scio quod D. Cardinalis tunc
Patriarcha numquam praticavit nec quesivit ipsas suffecentias
a Venetis et sique fuissent, ipse Guigelminus de Prata adherendo Angelo Chorario ac Antonio de Ponto profanato Patriarche
et introducendo eos supra territorio Ecclesie Aquilegensis contra
ipsum D. Cardinalem tunc Patriarcham necessit frangere; licitum fuit ymo debitum ipsi tunc Patriarche se et Patriam
eius deffendere specialiter receptis sibi dictis mandatis Concilii Pisani,

Alexandri Pape ac utriusque Collegii: ego vero Natalis nunquam habui speciales treugas cum ipso et sic nichil potest michi imputare, unde sibi imponatur silentium.

Et quod dixit ipse D. G. de Prata quod tenebat La Medunam de mandato Magnifici et potentis Domini nostri D. Federici Comitis de Ortemburg Sacri romani imperii Vicarii generalis in cuius obedientia parum stetit, quia posuit se in protectione Venetorum sponte et libere, nulla coactione seu timore premissis et ab eis stipendia seu provisiones recepit ut hec publica sunt et notoria, tamen ipsa La Meduna in qua pauce habitationes erant non ultra quam XII erat et est Ecclesie Aquilegensis et spectabat et pertinebat ad ipsum Rev.^mum D. Cardinalem tunc Patriarcham qui fuit semper fidelissimus servitor serenissimi et invictissimi Principis et DD. Sigismundi Romanorum Regis ac Ungarie etc. et hanc optimam eius voluntatem plene novit Magnificus et potens DD. Comes Cilie ac venerabilis et egregius vir Dominus Prepositus Quinque Ecclesiarum.

Ultimo dicimus quod si isti supradicti proponentes contra nos Natalem et Franceschinum aliquod ultra quod oretenus proposuerunt, dixissent in scriptis, quod ignoramus, quia copias itidem petitas non potuimus habere propter brevitatem temporis, petimus nobis copias dari et respondebimus ad ea que nostra interierit.

Fine

Suppliche presentate a Sigismondo Re di' Romani, al Patriarca d'Aquileja ed al Parlamento Generale del Friuli, senza data, ma certo ~~del~~ 1413-1414.

1-28

. . . . prenominati seu Tri-stanus et certi nobiles de Savorgnano conficta sub voce seu vocabulo Advocatie pro prefata Ecclesia S. Stephani, quinitam proventuum seu bladorum partem debendam ex integro Ecclesie et suis pro tempore Prepositis ex dictarum villarum territoriis atque campis, preiudicialiter et indebite a colonis et camerariis predictarum continuo collegerunt et perceperunt, quod quos etsi talis Advocatie titulus adiaceret, quod omnino negatur, quicquid tali pretextu in diminutionem fructuum eidem Ecclesie debitorum exigere seu quovis modo percipere non deberent. Quas quidem occupationes, detentionesque indebitas atque tyrannicas patraverunt et commiserunt dicti Tristanus et nobiles de Savorgnano contra Dei precepta, sacrorumque canonum instituta dicte Ecclesie immunitatis

... regis ac Ungarie etc et hanc op-

timam eius voluntatem plene novit Magnificus et potens D.

Comes Cilie ac venerabilis et egregius vir Dominus Prepositus Quinque

Ecclesiarum.

Ultimo dicimus quod si isti supradicti proponentes contra nos

Natalem et Franceschinum aliquod ultra quod oretenus proposue-

runt dedissent in scriptis, quod ignoramus, quia copias ibidem

petitas non potuimus habere propter brevitatem temporis,

petimus nobis copias dari et respondebimus ad ea que nostra

interertit.

Fine

Ercole da Camino Preposito di S. Stefano di Aquileja chiede al Re Sigismondo il risarcimento di danni sofferti ad opera dei Savorgnani, nei suoi diritti sulle ville di Terenzano, Cussignacco e Pradamano.

Orig. Mss. Ongaro, Bibl. Vienna, [illegible] 159

Serenissime ac Invictissime Princeps Romanorum Rex. Sacre Vestre Regie Maiestati querelantes exponit nobilis et fidelis infrascriptusque servitor eiusdem Herculis de Camino Prepositus S. Stephani de extra muros Aquilegie et asserendo proponit, quod cum pluribus retroactis temporibus Tristanus et certi sui maiores de Savorgnano in grave preiudicium ymo gravissimum et iacturam Ecclesie sue antedicte illorumque ignominiam qui pro tempore in ea Prepositi extiterunt, per vim, coactionem, potentiamque tyrannicam tenuerunt et occupaverunt Iura, Iurisdictiones ac Immunitates spectantes et pertinentes ad prelibatam suam Ecclesiam S. Stephani videlicet in villis Terenzani, Chusignaci et Predemani in quibus ab antiquo ius obtinuit et dominium Ecclesia memorata. Verum in iamfatis villis ius domini habere pretendentes dicti Tristanus et certi sui de Savorgnano conficta sub voce seu vocabulo Advocatie pro prefata Ecclesia S. Stephani, quintam proventuum seu bladorum partem debendam ex integro Ecclesie et suis pro tempore Prepositis ex dictarum villarum territoriis atque campis, preiudicialiter et indebite a coloniis et censuariis predictorum continuo collegerunt et perceperunt, apud quos etsi talis Advocatie titulus adiaceret, quod omnino negatur, quicquid tali pretextu in diminutionem fructuum eidem Ecclesie debitorum exigere seu quovis modo percipere non deberent. Quasquidem occupationes, detentionesque indebitas atque tyrannicas patraverunt et commiserunt dicti Tristanus et sui de Savorgnano contra Dei precepta, sacrorumque canonum instituta dicte Ecclesie immunitatis

et privilegiorum violatores, quos Imperialis culminis est seu Ecclesiarum invasores propulsare. Supplexque igitur postulat atque petit iamfatus Dominus Electus sui et Ecclesie sue nomine, quatenus ut decet Imperiale decus pie dignetur eadem Regia Maiestas pratique dicte Ecclesie indemnitati opportuna provisione succurrere et strictius demandare, ut dicta Ecclesia et qui in ea pro tempore prefuerint, libere et pacifice, ut est debitum, pleno iure, immunitate, iurisdictione et privilegio, integraque proventuum perceptione fruantur in villis antefatis, ut sic dicta Ecclesia ad omne ius suum redintegrata et restituta, digne valeat incumbentia sibi onera supportare et qui in ea prefuerint debite deservire.

Nota degli oggetti esportati dalla casa di M.° Pietro calzolajo d'Udine, quando Tristano di Savorgnano entrò coi suoi di notte in Udine nel marzo 1412. —

2

MSS. Ongaro, Bibl. Verona, 665, 15 — p 187

Infrascripta sunt que spoliata et exportata fuerunt tempore quo D. Tristandus de Savorgnano de nocte intravit terram Utini per foveam ... per eius sequaces et sibi adherentes in domo et extra domum Magistri Petri cerdonis ... de Burgo ... Utini ... sub MCCCCXII, ind V, de mense marcii.

Et primo intraverunt violenter in domum ipsius M. Petri et fregerunt unam capsam de nuce ... ipsius M. Petri et extra ipsam capsam acceperunt ducatos CXXXV.

Item fregerunt duos choffanos et duas capsas et unam archam longam et acceperunt extra dictos choffanos quatuor vestes que fuerunt olim D. Lucie uxoris ipsius M. Petri cum botanaturis; item acceperunt duas tunichas que erant ipsius uxoris M. Petri, fulcitas botanaturis; acceperunt etiam anulos et alia iocalia pertinencia ad ornatum dominarum; item acceperunt quatuor zachas de sindone et alia preparamenta linea valoris CC ducatorum et ultra.

Item acceperunt ex domo ipsius M. Petri certam quantitatem choriaminum ... et ... et alterius generis spectantium ad artem cerdonatus, ad valorem CCC duc. auri et ultra

Item acceperunt certam quantitatem vini et bladi, asungie et sevis et cere et salis et preparamenta et vestimenta ipsius M. Petri, que omnia ascendunt ad valorem CC duc. auri et ultra. —

MSS Ongaro Bibl ... Firenze ... XXX

Adamo de Formentini di Cividale chiede al Re Sigismondo che voglia fargli restituire il Galaito di Vergone occupatogli da Tristano di Savorgnano.

Orig. Mss. Ozzano, Bibl. Verona, b. 6ª, 15, p. 186

3

Gloriosissime Dominationi Serenissimeque Maiestati vestre, Adam de Formentinis de Civitate Austrie servulus vester querulose proponit quod quamquam a multo tempore citra Muta nuncupata el Galait que in Terra Vergom vestre Patrie Foriiulii exigitur ad ipsum exponentem suosque progenitores pleno iure spectaverit et pertinuerit, fueritque atque fuerint in pacifica et quieta possessione percipiendi et exigendi huiusmod Mutam, tamen vir nequam Tristanus nuncupatus de Savorgnano suique antecessores presumpserunt contra iuris et iustitie debito submerso usurpare et in usus seu verius abusus suos dictam Mutam convertere in grave dampnum ipsius exponentis. Quamobrem dictus servitor vester prelibate Maiestati vestre omniqua decet humilitate supplicat quatenus dignetur et velit solita benignitate vestra taliter sibi providere quod ad liberam et expeditam dicte Mute possessionem restituatur et reintegretur cum effectu, sibique de proventis ex dicta Muta ad manus dicti Tristani quam suorum predecessorum de bonis eorundem integre satisfiat. —

Domanda fatta dal nob. Guglielmo di S. Daniele al

Re Sigismondo e Patriarca d'Aquileja Lodovico contro alcuni di S. Daniele che coll'ajuto di Federico fu padre di Tristano di Savorgnano, l'aveano scacciato da S. Daniele togliendoli i beni. 4

Orig. Mss. Ongaro, Bibl. S. Dan. Co. [illegible] 15, p. 177.

Petitio Guilelmi filii Ser Johannis de S. Daniele.

Illustrissime ac Invictissime Romanorum Imperatori et semper Augusto nec non Illustrissime Princeps ac Rev.^me^ in Christo Pater et Domine noster Lodovice Dei gratia Dux de Deck et Sancte Ecclesie Aquilegensis dignissime Patriarcha electe.

Comparui et comparens ego Guielmus filius q. Ser Johannis de S. Daniele humillime ac reverentissime expono, qualiter iam sunt anni XL et ultra quod quidam progenitores seu predecessores quorundam Guarnerii, Bartoli et Colai Consortumque suorum, qui se vocant Domini Castri vestri Rev.^mi^ D. Patriarche, quod vocant S. Danielis, dictum quondam Ser Johannem patrem mei Guielmi de dicto Castro S. Danielis expulerunt, bona sua omnia mobilia et immobilia ac posse vi et potentialiter in suos usus convertendo et in hodiernum diem occupando. Unde vel [illegible] dicti, quondam pater meus consequi ius suum coram preteritis DD. Patriarchis videlicet in repetendo, numquam potuit audiri, eo quod dicti Guarnerius, Bartolus, Colaus Consortesque sui adeo erant vinculo amoris connexi cum quondam Ser Federico de Savorgnano quam Tristano eius filio, qui ut ita loquar, erant plusquam Patriarcha, quod nullum suum ius ~~potuit~~ consequi potuit. Quapropter cum dictus q. Johannes olim pater meus mortuus sit nullo sibi superstite herede nisi ego Guielmus, et cum divina favente clementia vos invictissime ac summa iusticia famosissime Universi orbis Imperator in subversatione oppressorum ad has partes venire dignatus estis, vestre sacre imperiali Maiestati nec non vobis Rev.^mo^ Domino nostro Patriarcha huius Patrie remansuro gubernatore, supplico atque suppliciter exoro ut me in possessionem bonorum et iurium meorum restituere facere dignemini, offerens me de predictis sacre vestre regie Maiestati et quibus duxeritis ordinandum fidem facere plenariam.

Lagnanza di Gio. Fulcherio notajo di Spilimbergo
e di suo fratello Ambrogio [illegible] al Re Sigismondo
Contro Tristano di Savorgnano, per danni loro avvenuti in Udine
come amici del fu Patriarca Giovanni di Moravia.

Orig. MSS. Ungaro, Bibl. Verona, [illegible] f. 175

Vestre Sanctissime Maiestati ac Vestre Reverendissime Dominationi, exponitur et dicitur parte fidelium servitorum earumdem Johannis Fulcherii notarii et Ambrosii fratrum de Spegnimbergo, quod dum dicti fratres in Utino habitarent et servirent pie memorie Patriarche Johanni de Moravia etc. et ob mortem dicti D. Patriarche ipsi fratres non audentes Utini habitare, placuit quibusdam fautoribus D. Tristani de Savorgnano falsis coloribus et titulis accipere et violenter occupare infrascripta bona ipsorum duorum fratrum, videlicet unam domum sitam Utini in Cramariis, duos mansos sitos in villa de Izrano, unum mansum situm in Balelzia prope Spegnimbergum, unum mansum in S. Martino prope Valvesonum et ipsa bona de facto tenent et occupant in preiudicium maximum ipsorum fratrum. Quare eisdem Maiestati Sanctissime et Rev.me Dominationi supplicatur pro parte ipsorum fratrum, quatenus reduci faciatis ipsos fratres ad verum possessionem dictorum bonorum, offerentes se dicti fratres parere iuri ac prestare idoneam cautionem de iure parendo contra quoscumque pretendentes se habere aliquod ius in ipsis bonis etc. =

Il Conte Nicolò e fratelli di Pollenigo chiedono a Re Sigismondo l'indennizzo di danni sofferti dai Veneti l'anno decorso e da alcuni di Sacilo e di Aviano.

MSS. Ungaro, Bibl. Verona, 600, 15, p. 172

...renissime Princeps, Invictissimeque Rex Celsitudini vestre querulanter exponit Nobilis Iuvenis Ser Nicolaus Comes de Pulcinico pro se et fratribus suis quod anno proxime preterito post multa mala, depredationes et combustiones factas et commissas per gentes Venetorum in Castro Pulcinici et eius pertinentiis, eidem Ser Nicolao et fratribus remanserant certa bona et possessiones que per aliquos homines de Sacilo et Aviano eisdem fratribus accepta et igne consumpta fuerunt, quamquam ipsi fratres tunc temporis et anni fuissent et essent fidelissimi servitores vestre regie celsitudinis. Quare per eundem Ser Nicolaum pro se et fratres suos eidem V. R. C. supplicatur ut dictorum fratrum indempnitati velit providere taliter quod in totum non remaneant eorum bonis et rebus ac possessionibus desolati

Turino di Gemona domanda al Re Sigismondo il risarcimento dei danni arrecatigli da Tristano di Savorgnano occupando parte del Monte di Sonocolle (Sanquel) presso il Castello d'Osoppo.

Orig. Mss. Ongaro, Bibl. Veronese, 666, 15. — p. 171.

Serenitatis Vestre culmini, pro parte fidelis servitoris eiusdem Turini de Glemona humillime exponitur, quod sceleris filius Tristanus nuncupatus de Savorgnano iuris et honestatis tramite postposito, ymo verius dtiverso contra omnium vestrarum imperialium legum dispositionem, iam sunt XII anni vel circa tirannide presumpsit invadere tres partes Montis vocati Sancquel prope Castrum Osopii, nec non certa bona ibidem existentia, spectantia et pertinentia tam in proprietate quam in possessione a dudum ad Turinum prefatum. Ipsaque sic detenta et occupata a dicto tempore citra indebite et iniuste tenuit et usurpavit fructus, redditus et proventus ex eisdem provenientes in abusus suos temere in preiudicium eiusdem exponentis convertendo et gravia damna in dictis bonis et Montis partibus inferrendo. Quare idem servitor Maiestatis Vestre humilius et gloriosissime Dominationi Vestre supplicat quatenus dignetur et velit sibi de opportuno iuris remedio tam benigne tamquam efficaciter providere, quod sicut de facto dictis bonis suis et fructibus inde secutis indebite spoliatus extitit, ita de facto iuris equitate exigente ad primevam dictorum bonorum suorum possessionem effectualiter restituatur et reintegretur, sibique de fructibus inde proventis seu qui a iamdicto tempore citra verisimiliter provenire potuerunt, nec non de damnis, expensis et interesse per ipsum supplicantem propterea passis integre satisfieri ut idem servulus vester prelibate Ser.ti Vestre nec non Aquilegensi Eclesie uberius prout affectat servire valeat atque possit. —

Presentata per Iacobus filium eiusdem Ser Turini de Glemona

Mss Ongaro ... Firenze ... 1412 ...

[illegible]
[illegible]
[illegible]
q[illegible]
de[illegible]
[illegible]
Sa[illegible]
et [illegible]
Ta[illegible]
Be[illegible]
de[illegible]
eg[illegible]
q[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
na[illegible]
hu[illegible]
bon[illegible]

I nobili Bartolo, Morando e Janetto di S. Daniele si scolpano presso Re Sigismondo delle accuse d'aver favorito Tristano di Savorgnan

Orig. MSS. Dyaro, Bibl. Venez. [illegible] p. 166 8

Comunitas de S. Daniele!

[illegible] ac regia Maiestas. Quia obiectum est michi Bertolo [illegible] Imperii et eiusdem Maiestatis humilissimo subiecto ac fideli servitori nec non Morando ac Janutto fidelibus servitoribus, quomodo ipsi sigillaverunt certas litteras consignatas Presbytero de Zucho credentiales, quod revera nullis absentibus [illegible] omissis vel admissis illud non reperietur obesse.

Secundo obiectum est quod [illegible] de [illegible] ingressu Tristani de Savorgnano et favorem auxiliumque dederimus, quod verum minime reperietur.

Tertio quod dederimus victus et victualia exercitui Venetorum: cui Ego Bertulus respondeo de hoc nichil scire nec unquam alicui ipsorum favorem dedisse. Sed verum est quod Morandus et Januttus summa et ardua egestate compulsi que provenit tum ex insultu exercitus Venetorum qui usque ad muros omnia blada destruxit [illegible] secuit, tum ex occupatione bonorum aliorum nostrorum facta per Officiales Rev.mi Domini nostri D. Patriarche [illegible] sinistra informatione seu suggestione [illegible] de factis nostris, ut non dubitamus, obedientiam Venetis prestaverunt, aliunde non sperantes eis provenire subsidium, quia predicti Morandus et Januttus Utino pro subsidio tunc mittentes, nullum inde habuere responsum. Quare si aliter reperiatur, ut superius narratum est, meritas volumus subire penas tam bonorum propriorum quam personarum. Si autem innocentes nos supradictorum obiectionum inveneritis humillime supplicamus ut nos in pristinum statum tam Castri quam bonorum restituere Serenitas Vestra dignetur. —

9

Due di Spilimbergo supplicano all'Imp. [illegible] [illegible] [illegible] da Ser Tristano di Savorgnano, e li furono prigionieri.

Dall'Orig. nei MSS. Ongaro, Bibl. [illegible], Vol. 75, p. 160

Illustrissime ac Invictissime Romanorum Imperator Auguste nec non Rev.me in Christo Pater et Domine noster Ant. Aquilegensis Patriarcha Dignissime. genibus flexis ac misericorditer comparemus coram pedibus vestris nos Johannes Caligarius et Bergamascus Spadarius subditi et creature vestre de Spegnimbergo humiliter exponentes, quod cum Ser Tristanus existentibus nobis in carceribus suis promiserat Sacratissime Maiestati Vestre nos liberos de carceribus una cum aliis relaxare, quod minime observavit, ymo si manibus suis voluimus exire, nos oportuit promittere taleam et dare fideiussores. Postquam dum vellemus solvere taleam nostram, nobis per Vicarium ~~Imperialis~~ vestre ~~Maiestatis~~ *Imperialis Maiestatis stricte mandatum fuit quod nihil solveremus et cum fideiussores nostri ad hoc constringerentur, supplicamus humillime quatenus solita vestra ineffabili benignitate dignemini mandare taliter quod pro tempore ventura non opprimamur nec nos nec fideiussores nostri prout primo fuit de Vestre Serenitatis mandato inceptum. =

Esposizione delle accuse contro i Signori di Tarcento o altri di Porpetto, amici di Tristano di Savorgnano e a lui qui … Luigi di Arcano …

MSS. Ozzano, Bibl. Verona 605, 15, pag 144

Infrascripte sunt querele exponende contra infranominatos

De Tarcento

Et primo exponatur contra illos de Tarcento seu de Castro Porpeti qui prestiterunt auxilium, consilium et favorem Tristando de Savorgnano rebelli contra Sacrum Romanum Imperium etc. ac fratri suo et aliis proditoribus eorum sequacibus, contra deliberationem factam in generali Parlamento Patrie post obedientiam prestitam per ipsam Patriam Sacre Regie et Imperiali Maiestati, contra eorum proprium sacramentum etc.

Item quod responderunt lumeriis et aliis signis, lumeriis et signis que fiebant in Savorgnano ac in aliis locis ipsorum de Savorgnano.

Item quod tempore proditorii introitus furtive facti per dictum … ipsorum et alios proditores in ipsam Terram Utini, subvenerunt ipsi Tristano cum gentibus et aliis necessariis et presertim Franciscus et Odoricus de ipso Castro Porpeti personaliter armata manu venerunt cum d. Tristano in dictam Terram … ipsum in eius pravi intentione

Item continue prestiterunt victualia et alia necessaria predictis de Savorgnano.

Item quod tempore quo Pandulfus de Malatestis Capitaneus exercitus Venetorum venit in Patriam et invasit Terram Utini, predicti de Tarcento subito predicto campo Venetorum prestiterunt obedientiam et continue prosequerunt cum ipso campo ad damna et destructionem ac debellationem contra S. R. Imperium, ecclesiam Aquilegensem et eorum fideles: et hec omnia fecerunt, commiserunt et perpetraverunt contra eorum sacramentum per ipsos prestitum prefate Regie Maiestati tamquam periuri et infames.

Item quod post electionem Ambassiatorum videlicet D. Vincislai de Spegnimbergo et D. Alovisii de Cignottis traxerunt Nobilium per totam Patriam ad conspectum Sacre Regie Maiestatis, prefati de Castro Porpeti cum sigillo sigillaverunt litteram credentialem ad personam Pretti de Zucho in favorem ipsius Tristani, preter et contra consensum totius Patrie et contra dictam deliberationem Colloquii.

De Zucho

Item contra Prettum de Zucho exponatur quomodo idem Prettus post predictas obedienciam et determinationem Patrie, prestitit dicto Tristano consilium et favorem cum victualibus et aliis necessariis [illegible] inductis. Et tempore supra scripti proditorii introitus D. Tristani in Terram Utini, Jacobus Martini familiaris seu subditus dicti Pretti cum certis sociis prestitit favorem ipsi Tristano et secum intravit in ipsam Terram Utini in maximum detrimentum et dannum eiusdem Terre Utini et totius Patrie publice, contra sacramentum ipsius Pretti et consortium suorum alias per ipsos prestitum Sacre Regie Maiestati etc.

Et specialiter idem Prettus personaliter de instantia certorum nobilium de Patria, contra dictam deliberationem generalis Colloquii et contra ambassiatam commissam dictis DD. Vincislao et Lodovico ivit ad supplicandum [illegible] prefate [illegible] Regis in favorem dicti Tristani et quod peius est pro parte totius Patrie transmissa fuit sibi una littera ut nullatenus deberet intercedere pro dicto Tristano penes Regiam, tamen assumpta et spreta dicta littera intercessit et fecit pro dicto Tristano iuxta posse suum etc. –

De Archano

Item contra illos de Archano exponatur, quomodo post predictas obedientiam et determinationem prefate Patrie tempore quo dicti exercitus Venetorum venit in Patriam et sub Terram Utini, ipsi de Archano subito prestiterunt obedientiam ipsis Venetis et continuo processerunt ad damna et destructionem sacrilegorum Ecclesie et Patrie Forijulii ac servitorum prelibati Domini nostri Regis Romanorum etc. dando continuo ipsi campo auxilium, victualia et alia necessaria contra ipsorum proprium iuramentum per ipsos alias prestitum Sacre Regie Maiestati tamquam rebelles, periuri et infames etc.

Item prestiterunt favorem ipsi in dicto proditorio introitu suo

Item post electionem et transmissionem prefatorum [illegible] et D. Aloisii Ambassiatorum etc. ipsi de Archano proprio [illegible] [illegible] litteram credentialem factam in personam dicti Prethe in favorem ipsius Tristani.

De Sancto Daniele

Item contra Guarnerium et alios suos Consortes de S. Daniele, exceptis ipsis Francisco et Nicolao de Arthichis exponatur quomodo contra predictas obedientiam et determinationem Patrie ac eorum proprium iuramentum similiter fecerunt, prestiteruntque obedientiam ac Castrum Vahoni et victualia suprascripto campo Venetorum. Et tempore supradicti proditorie introitus ipsius Tristani de Savorgnano, dicti Guarnerius et consortes sui ipsi Tristano prebuerunt auxilium, consilium et favorem cum gentibus et aliis necessariis et dictus Guarnerius statim post dictum introitum personaliter venit in dictam Terram Utini continuo applaudendo ipsi Tristano atque etiam deinde personaliter accessit cum campo Venetorum sub ipsam Terram Utini ad damna et destructionem eiusdem Terre.

Item quod post dictas electionem et transmissionem Ambaxiatorum, prefati consortes de [illegible], exceptis suprascriptis, similiter sigillaverunt suprascriptam litteram credentialem factam in persona dicti Presbiteri in favorem D. Tristani.

De Coloreto

Item contra D. Simonem Militem, [illegible] Odoricum [illegible] socerum predicti Tristani et Nicolaum [illegible] omnes consortes de Coloreto [illegible] quomodo contra iuratas obedientiam et determinationem Patrie similiter fecerunt in prestando auxilium gentium, consilium et favorem ac alia necessaria dicto Tristano tempore dicti sui proditorii introitus ut predicitur facto in Terram Utini contra eorum proprium iuramentum.

Item quod supradicti consortes de Coloreto similiter sigillaverunt eorum sigillo supraditam litteram credentialem in personam dicti Presbiteri ad prefatam Regiam Maiestatem in favorem dicti Tristani.

De Strasoldo

Item contra Lodoricum de Strasoldo exponatur quomodo ipse [illegible] similiter fecit contra predictas obedientiam et determinationem ac proprium iuramentum prestitum Sacre Regie Maiestati etc. Qui Lodoricus tempore supradicti proditorii introitus dicti Tristani in Terram Utini prestitit eidem Tristano auxilium, gentium et consilium et favorem: et statim post dictum introitum idem Lodoricus venit in dictam Terram Utini [illegible] ipsum Tristanum et [illegible] eum manu armata personaliter per dictam Terram Utini ad [illegible] [illegible] ipsius Tristani.

Item contra [illegible] de Strasoldo qui tempore [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Regem [illegible] misit unum suum familiarem [illegible] ad Castrum de [illegible] quo ipse [illegible] captivus fuit.

Item de Abbate Sextensi

Item de Johannuto de Cordovado

Item quomodo isti de Varzono fregerunt salvumconductum Capitanei Portusnaonis

Item quomodo illi de Varzono deposuerunt Capitaneum sine nostra licentia ipsorum [illegible].

I Signori di Strassoldo [illegible] si discolpano presso la Signoria [illegible]
dalle accuse loro date di favorire de' Ungari ed a Tristano
di Savorgnano.

MSS. Urgano, Bibl. Verona. 666, 15, f. 143.

Mortes de Tricano, Inclite et Serenissime Princeps, multa et varia opponuntur omni veritate omnino carentia ut evidenter probabitur.

Primo etenim opponitur quod in funesto ingressu D. Tristani de Savorgnano in Terra Utini favorem dederimus et auxilium ut Vestre Serenissime Magestati ab emulis suggestum est.

Respondemus quod absit quod unquam nedum dederimus subsidium predicto Tristano ad predictum ingressum, ymo nec presciverimus nec audiverimus ipsum debere intrare, nisi elapsis fere duobus diebus post ipsius ingressum qui tunc rogati per litteras ~~[illegible]~~ septem Deputatorum ad regimen, consilium et Comune Terre Utini ipsius sigillo sigillatas ut aliquos pedites mitteremus ad ipsius Terre tuitionem et favorem ut manifeste apparere potest per predictos septem Deputatos, destinavimus pedites septem volentes subvenire predicte Terre veluti collegate ac matri nostre et predecessorum nostrorum. Et si contrarium dictis nostris investigari poterit, de vitas et meritas [illegible] lumus luere penas.

Secundo opponitur quod nostro sigillo sigillatas credentiales litteras in personam Pretti de Zucho ad Regiam Magestatem in favorem predicti Tristani transmiserimus, quod si probari poterit volumus infrascriptas penas incurrere.

Tertio opponitur quod fecimus obedientiam Venetis cum prime exercitus eorum hanc Patriam invasisset. Deus sit testis quod non sine causa et summa ac ardua necessitate, nam ante ingressum predicti exercitus Venetorum de mandato potentis D. Comitis de Ortimburg ete facto sub pena confiscationis propriorum bonorum et feudorum transmisimus pedites meliores et aptiores nostri districtus et omnes quasi [illegible] nostros ut poterit probare per capitaneos gentium talearum [illegible] ostendum

MSS Urgano [illegible] Firenze [illegible]

cum predictus exercitus Patriam invaderet, qui pedites nostri
transmissi & Paulo Puimhum ibi capti fuere; equestribus vero
nostris qui dum nobilem virum D. Jorium ad Puram Utini asso
ciassent deinde volente ad Castri nostri defensionem venire, fuit
denegata via, qui videntes nos omni defensione peditum et eque
strium nostrorum privatos et desolatos nec alicuius sperantes subsidium
propter tam repentinam invasionem et insultum inimicorum nostro
rum, timentes ne Castrum nostrum et villas totaliter incenderent et
ruine mandarent veluti una voce omnes clamabant et murmurabant
non in contemptum Regie Magestatis et Patrie detrimentum,
concordiam cepimus solummodo ut prediximus ne Castrum no
strum totaliter destrueretur prout alia fuerunt combusta
et destructa per gentes Venetorum. Bene opinari potest per
recte iudicantes et timorem Dei pre oculis habentes quod
non poteramus potentie eorum resistere ut prediximus
carendo defensoribus sicuti per ~~vestros~~ viros fide dignos poterit
informare serenitas Vestra si numquam defecimus in obe
diendo mandatis vestris ac Vicariorum vestrorum in schenel
chemciones et taleas nostras transmittendo quo mandabatur. Quod si contrarium
de omnibus supranarratis comperi poterit, parati sumus non solum in feu
dalia et propria bona peras luere sed etiam in proprias personas. Quapropter
eidem serenitati Vestre supplicamus et humiliter instamus ut dignetur factis
nostris expeditionem dare et ab omni infamia et promissione causa nostra facta
nos absolvere et purgare et ad pristinum restituere fidelitatis obsequium et
officium =..

Supplica di Bertoldo di Pers al Re Sigismondo per [illegible] di danni sofferti di opera del suo Consorte Odorico di Pers nella [illegible] del Castello di Pers tolto loro nel [illegible]

MS. Vienn [illegible] pag. 133

12

[illegible]

Serenissime Maiestati et gloriosissime Dominacioni Vestre pro parte fidelis servitoris vestri Bertoldi de Pers omni qua decet reverentia humiliter exponitur, quod vigente guerra inter Magnificum et potentem DD. Federicum Comitem in Orten=burg etc et vestrum in hac Patria Vicarium generalem ex una et nonnullos alios de eadem Patria ex altera, factaque per ipsum Bertoldum ipsi Vicario vestro obediencia debita, seque pro parte Sacri Imperii prout tenebatur et affectabat possetenus interponente proprie persone et substantie non parcendo, Odoricus etiam de Pers eius parentela sed non voluntate consors, nefarie, dolose et prodi=torie per gentes adverse partis capi fecit, et quo voluit conduci pro=curavit ipsum, faciendo ipsum usque ad vestes persone proprie depredari et omnibus bonis et iocalibus suis et uxoris sue omni verecundia postposita abhominabiliter spoliari, que quidem bona et iocalia fuerunt comuni extimatione valoris trium milium ducatorum et ultra. preterea si inde exponens voluit dictum Castrum rehabere, oportuit ipsum solvere Comunitati Gemone ducatos auri mille, quia dicta ducatorum quantitate predicta Comunitas dictum emerat Castrum ab his qui illud iuxta dicti Odorici demerita de suis subtra=xerat manibus. Insuper exponitur quod postquam idem Bertoldus predictum sic recuperavit Castrum pro custodia eiusdem Castri necessa=ria ad deffendendum ipsum Castrum tam contra dictos compatriotas tunc adversarios prefatos quam contra Venetorum gentes que pe[illegible] plures manu potenti predictam invaserunt Patriam magnas fecit expensas: que

[illegible] Ungaro [illegible] Firenze [illegible]

namque expensae ascendunt ad summam Ducatorum quingentorum
et ultra exceptis illa quae incurrit in volendo prout tenebatur et
anhelabat manutenere et pro viribus deffendere iura Sacri Imperii et
Aquilegensis Ecclesiae ac sacram libertatem Patriae Forijulii
Quare pro parte eiusdem exponentis humiliter prelibatae Maiestati Vestrae
supplicatur quatenus dignetur et velit taliter ut sperat indemnitati
ipsius exponentis gratiose providere, quod sibi cum bonis tam mo=
bilibus quam stabilibus dicti Odorici pro praedictis sibi sic ablatis
et expenditis ac passis satisfiat eatenus quatenus satisfieri po=
test, ut ipse Bertoldus imposterum valeat et possit sicut deside=
rat pro praedictis deffensione et manutentione se et sua largius et
fructuosius exponere et exercere. Et ne dictus Odoricus de sua perfidia
nequitia et iniquis operationibus gloriari queat et ut provisio huius=
modi aliis bene agentibus cedat ad exemplum, male agentibus
vero praebeat formidinem disciplinae, attento maxime quod eandictus
Odoricus semper in sua dolosa perseveravit iniquitate sequendo iniqui=
tatis alumpnum Tristanum nominatum de Savorgnano cum eoque de nocte
Terram Utini fractis spaltis proditorie contra Sacrum Imperium et
statum Aquilegensis Ecclesiae cum nonnullis complicibus intrando in
maximum periculum, exterminium dictae Terrae et totius Patriae Foriju=
lii et nonnulla alia innumerabilia nefanda in detrimentum et spretum
vestrum et Aquilegensis Ecclesiae. —

Nota: pendet.

13

Il nob. Nicolò di Ser Artico di S. Daniele domanda al Patriarca d'Aquileja Lodovico l'investitura della parte del Castello di Varmo superiore confiscata a Varnerio di S. Daniele ribelle.

Orig. MSS. Veron. 606, 15   T. IX. pag. 130

Illustrissime Princeps Reverendissimeque Patriarcha. Vestre Magnifice Dominationi humiliter et devote supplicat devotus servitor vester Nicolaus Ser Artichi de S. Daniele, quatenus ipsum vestra Magn. Dom. dignetur investire de parte Castri Varmi superioris possessi pro indiviso cum certis suis Consortibus, que pars Castri devoluta est ad Magnificam potentiam V. D. propter rebellionem factam et commissam per dictos meos consortes contra Serenitatem Regie Magestatis et D. V. et presertim per quendam Varnerium publicum rebellem Serenissime Magestatis et Dominationis vestre =

Supplica de gl' ambasciatori del Comune di Marano al Patriarca d'Aquileja Lodovico di Teck nell'ordinamento dei Giudici e in causa vertente coi Triestini

14

Orig. MSS-Orgaro, Bibl. Verona, 666, 15 pg. 124

Supplicatione Ambassiatorum de Marano.

Coram Magnifico et Rev.mo in Christo Patre et D. D. Lodovicho Duce de Deck dignissimo Patriarcha ellecto, comparent servitores Dominacionis Vestre, Ambassiatores Marani supplicantes quod cum aliis temporibus habuissent a predecessoribus D. V. septem homines de Marano supra pace et iusticia facienda contra omnes et singulos facientes contra deliberationes, statuta, honorem et statum dictorum vestrorum predecessorum ac Terre et honorem dicte Terre D. V. Marani, videlicet ipsos puniendi, corrigendi, pacificandi, dampnandi tam in personis quam in bonis secundum quod eis videbitur expedire una cum Potestate D. V., ut supradicta placeat et eis per litteras D. V. concedere cum sagramento quod prescripta iuste et legaliter pertractabunt secundum quod Deus eis administrabit ac etiam prestando sagramentum quibuscumque elligendis per homines Marani ad supradictum officium elligendum, ipsum aperire et continuare usque ad unum annum, post vero annum alii septem ad dictum officium elligantur.

Item conquerentur dicti de Marano pro parte Iohannis Fulcherii notarii Utinensis contra illos de Tergesto qui sibi detineant centum marchas pro aliquibus dampnis et excessibus factis per aliquos de Marano et aliis locis, videlicet de societate Petri Angole qui impetravit quamdam litteram a D. Sipone possendi dampnificare gentes Venetorum per mare et terram, non obstante

quod ante sup(ra)scribebat etc., cum dictus Ego. tale terra non sit de Marano sed solum notarius et scolaris ipsorum, licet etiam D. Rex et D. V. scripserit dictis qui robaverunt dictos de Tergesto, videlicet Maranensibus sociis Petri Angole per litteras ipsorum quamplures ut dictis de Tergesto restituere deberent mala ablata, cum Tergestini non erant inimici: que omnia et singula negle-xerunt dicti socii Petri Angole de Marano et occasione dictorum sociorum de Marano Tergestini pro dampno ipsorum dicunt reti-nere predictas centum marchas.

Supplica di alcuni di Sacile al Patriarca d'Aquileja Lodovico, contraddicendo la consuetudine che li volevano esclusi dal Consiglio.

Orig. MSS. Ingaro Bibl. Verona ~~otto~~ 15, p. 199.

15

Reverendissime Paternitati vestre notificatur pro parte Boze et Adal=geri et certorum quamplurimum bonorum virorum de Terra vestra Sa=cili quod tempore quo Magn.^s D. Pipo primo venit in Patriam Fori Julii et sibi facta debita obedientia per illos de Sacilo, delibera=tum fuit in pleno Rengo et populo Terre Sacili; quod non debebant elligi nec esse de Consilio Terre Sacili nisi unus pro parantela, que quidem deliberatio tunc facta fuit pro bono et pacifico statu Terre Sacili et modo veniunt in Consilio dicte Terre pater et filius et duo fratres et predictus Boza proposuit in dicto Consilio quod debebat observari dicta deliberatio alias facta et quod non debebant venire in dicto Consilio nisi unus pro parantela. Et propter dictam propositionem factam per dictum Bozam factus fuit maximus clamor verborum quia quidam ex emulis dicti Boze et certorum aliorum bonorum vi=rorum de Terra Sacili, volunt quod dicti pater et filius et dicti duo fratres veniant in dicto Consilio et ex hoc quasi insultus fuit rumor et de hoc Capitaneus vester Sacili est bene informatus et qui presens fuit quando Boza proposuit in Consilio predicta verba. Quare supplicatur Vestre reverendissime quod dicta deliberatio alias facta observari debeat pro bono et pacifico statu Terre vestre Sacili et ad hoc ut rumor non surgat in dicta Terra et quod dictus Boza et alii qui fuerunt boni servitores Ecclesie Aquilegensis possint pacifice vivere in dicta Terra.

./.

Nomina illorum qui venient in Concilio.

Ottobonus cum tribus suis filiis.

Odericus, Octavius et Franciscus fratres.

I nobili Vorlico ed Antico di Castello domandano al Re il risarcimento del possesso della parte del Castello di Torrente appartenente al ribelle Francesco loro Consorte.

16

Orig. MSS. Veron. Vol. 15, p. 79

Serenissime Princeps et clementissime et invictissime domine domine noster, vestre regie et imperiali celsitudini et maiestati querulose exponitur pro parte Nobilium Ser Vorlici et Antichi fratrum de Castro Porpeti fidelium servitorum eiusdem Regie Maiestatis, quod propter nephandam sceleratamque rebelionem et inobedienciam factam et habitam per olim Franciscum q. Ser Dognii de dicto Castro Porpeti contra ipsam Regiam Maiestatem et Aquilegensem Ecclesiam, idem Ser Vorlicus et Antichus noviter sunt privati et indebite abiecti ab eorum antiqua possessione domus seu Castri Terenti cum bonis et pertinenciis spectantibus ad ipsum Castrum, in maximum eorum dampnum pariter et iacturam indebite et iniuste, maxime quod nullum crimen comiserant neque fecerunt contra ipsam imperialem celsitudinem seu Aquilegensem Ecclesiam, cum de ipsa rebellione et proterva inobediencia ipsius olim Francisci eisdem Ser Vorlico et Anticho fuerit penitus incognitum, imo semper debitam obedienciam prestiterunt. Et quia idem Ser Vorlicus non voluit prodicionibus et sceleratis excessibus ipsius olim Francisci aliqualiter assentire, idem olim Franciscus fecit ipsum Ser Vorlicum personaliter carcerari et captivari et sic captum duci violenter a dicto Castro Terenti usque ad exercitum Venetorum in Patria tunc existentem iuxta Castrum de Argiis, multaque alia dampna idem Ser Vorlicus et Antichus habuerunt et receperunt ex causa ipsius olim Francisci etc. Quapropter Vestram Regiam Maiestatem et imperialem celsitudinem humiliter deprecantur quatenus ipsos Ser Vorlicum et

rectum diponitur ad possessionem eorum de parte dicti castri et
loci [illegible] ipsis, unacum cum suis iuribus et pertinenciis in
tegre [illegible], [illegible] et tueri =

Supplica del nob. Francesco di S. Daniele per danni sofferti ad opera de' suoi Consorti, fatta al Principe (Carrarese)

Orig. MSS. Ongaro, Bibl. Veron. 606, 15, p. 45..

Petitio Ser Francisci de ~~S. Daniele~~ contra filios de Varmo.

Serenissime ac Invictissime Princeps et D.D. Clementissime,

Vestre Regie Magestati et cum magna querela exponit N. bilis Franciscus de S. Daniele ~~contra~~ et adversus Nobiles de S. Daniele, videlicet Ser Bintulum, Ser Varnerium, Ser Nicolaum Ser Artichi, Morondum et Zanottum, qui olim et de nocte introduxerunt quamplures homines armigeros in Castro S. Danielis, inter quos fuit ... Iustanus de Cuccagnano causa occidendi ipsum Ser Franciscum si eum in domo invenissent et causa multa mala faciendi in Terra S. Danielis. Et non reperientes ipsum Ser Franciscum in domo, ipsi Nobiles de S. Daniele domum ipsius Ser Francisci posuerunt ad sachomannum et omnia bona et res suas de domo acceperunt, propter quod ipse Ser Franciscus substinet et substinuit magnum dampnum bene ad summum et valorem mille et quingentorum ducatorum aureorum. Quam petit ipse Ser Franciscus quod ipse Ser Franciscus restauretur et sibi fiat satisfactio de predictis de et super bonis dictorum nobilium de S. Daniele.

Item conqueritur ipse Ser Franciscus contra dictos Nobiles de S. Daniele qui ceperunt eorum propria auctoritate quemdam ipsius Ser Francisci familiarem ipsumque captivum duxerunt ad Castrum Varmi et in ipso Castro Varmi captivum detinuerunt per plures dies et eundem suum familiarem tot et tantis torturis flagellaverunt quod eum induxerunt ad dicendum quod idem Ser Franciscus fuerat causa combustionis cuiusdam tree, quod minime fuit verum, quo dictus suus familiaris

illa nocte qua dicta area fuit combussta erat extra Terram S. Danielis, sicut legitime fuit probatum per bonos et noto dicessores postquam idem familiaris de carceribus exivit. Quare petit idem ser Franciscus quod sibi fiat satisfacio de iniuria sibi facta et verecundia per dictos Nobiles de S. Daniele, qui dictum fami=liarem timore et torturis sibi datis per dictos nobiles de S. Da=niele induxerunt ad dicendum talia contra dictum Ser Fran=cissum in sui maximum dampnum, dedecus, infamiam et vere=cundiam et petit sibi iustitiam fieri: ==

Lagnanze di Giorgio Pittiani e di Nicolò di S. Da-
niele contro Tristano di Savorgnano.

Org. MSS. Venon Octo, 15, p. 5:

Georgius Pitiani de S. Daniele conqueritur contra Nobiles de Varmo qui dant et de nocte quamplures armigeros in Castro S. Danielis, inter quos fuit Tristanus de Savorgnano et talem modum tenuerunt dicti Nobiles, quod ipse Georgius fuit confinatus de Terra S. Danielis per octo menses, infra quod tempus ivi vagabundus non valens facere facta mea, propter quod substinui magnum dampnum bene ad summam considerandam ottingentos ducatos, quarum peto quod reficiantur michi de bonis dictorum Nobilium de Varmo

Org. id

Memoriale Nicolai olim Claude de S. Daniele. Primo quod isti Domini de Varmo conduxerunt D. Tristanum in S. Daniele et primo isti Domini de Varmo combuxerunt unam meam domum, quia recepi dampnum bene per CL ducatos die quo ipsi interfecerunt illi homines de S. Daniele. p. 161

Querela presentata al Patriarca d'Aquileja Lodovico di Teck ed al Parlamento dal Preposito di Segriz contro Artico di Castello che occupava i suoi beni in Friuli in Gradisca presso Sedegliano.

15

MSS. Ongaro, Bibl. Verona. Vol. 60, 15, pag 157

Reverendissime Pater, exponitur Paternitati Vestre totoque Parlamento quomodo Articus de Castello certa bona occupat contra Deum et iusticiam spectantia ad Monasterium Admundensem et Prepositurum S. Blasii in Seigriez Salczburgensis Diocesis, cuius Preposture Illustris et Magnificus Dominus Comes Federicus in Ortenburg legitimus Advocatus existit defensor atque protector omnium et singulorum bonorum quovismodo spectantium. Ad Prepositurum predictam Articus vero de Castello predictus nescio quo ductus spiritu nunc per certa tempora neglexit solvere affictus bonorum spectantium ad dictam Prepositurum per triennium et citra salvo pluris vel minoris et licet idem Articus se obligaverit producere iura et munimenta sua coram Illustre et Magnifico D. Friderico Comite in Ortenburg tamquam Vicario Imperiali in Patria Fori Julii specialiter deputato, tamen ex negligencia vel ex malicia minime produxit iura vel munimenta sua. Dum tamen idem Comes non ad aliud attenditur nisi fieri iusticiam supra premissis, et notorium atque manifestum quod ista bona sunt per ipsum Articum violenter occupata non in modicam ipsius Prepositi et Preposture iacturam, ruinam et destructionem dictorum bonorum. Quapropter Rev.me Pater supplicatur humiliter P. V. vestroque Parlamento ut causa huiusmodi Iudici non suspecto committatur et fine debito terminetur ut dicti Prepositus et Prepositura reperire valeant sine temporis dilatione debitam iusticiam et conservationem iurium Preposture predicte, memoratusque Illustris D. Comes Vicarius Imperialis et Advocatus non habeat materiam ulterius conquerendi et ut Prepositus nomine Preposture ponatur in possessione singulorum bonorum spectantium ad Prepositurum et si prefatus pretendit se aliquod ius habere in bonis huiusmodi, doceat de iure suo.

Villa bonorum predicte Preposture vocatur Gradiscla prope Sedilan,

et unus Massaneus appellatus Vasan.

Supplica di alcuni di Sacile al Re Sigismondo per il [illegible] di certi trattati fatti coi Veneti.

17

Orig. MSS. Venn. Cod. 15, pag. 11.
Pro certis de Sacilo

Serenissime ac Invictissime Princeps ac Domine Domine Clementissime, Vestrae Maiestati exponunt et dicunt vestri fidelissimi servitores de Terra Sacili, videlicet Nicolaus ser Hectoris, Adalgerius, Boza, Franciscus Sperever et Laurencius della Bastanza pro se ipsis ac vice et nomine plurimum bonorum virorum de Sacilo et dicunt exponendo, quomodo et qualiter fuerunt inita et facta certa pacta cum Venetis per Consilium tunc Terre Sacili nesciente populo et maiori parte communi de Sacilo, videlicet quod gentes Venetorum debebant introduci in Burgum Sacili quod est versus partes Tarvisii cum pacto quod ipse gentes Venetorum non debebant intrare domos aliquorum civium nec aliqua dampna et gravamina eis inferre, sed ipse gentes debebant facere si volebant mansiones et casonos in dicto Burgo pro suo et habitatione suis sumptibus et expensis. Et statim ipsis gentibus introductis in dictum Burgum pacta fregerunt, videlicet violenter et contra voluntatem civium intrando ipsorum civium domos et eis multa dampna et gravamina faciendo.

Et dum Magnificus D. Pipo cum gentibus Regie Maiestatis intrasset Patriam Forijulii, certi homines de Sacilo foventes et tenentes partem Venetorum, videlicet Vernerius Peliza, Zandenal dal Ben, Franciscus Birtulussii, Jacobus Bilutte, Ottobonus, Gisbertus, Gabriel de Vando, D. Lodovicus de Biscoffis, Peam et certi alii de Sacilo cum eorum magnis astuciis et cautelis et cauto modo introduxerunt in Terram

et castrum Sacili gentes per Terram in magna multitudine, ita quod ipse gentes cum eorum sequacibus de Terra Sacili dominabantur in dicta Terra Sacili pro Venetis. Et hoc videntes supradicti exponentes et multi alii boni viri de Sacilo tenentes partem Aquilegensis Ecclesie eis valde displicuit, reprehendentes illos qui dictas gentes conduxerant in Terram et castrum Sacili et quod Terram Sacili que est Ecclesie Aquilegensis vole fecerant ipsam dare Venetis et videntibus et audientibus dictis Varnerio Peliza, Zan Danel del Ben, Francisco Bortolussii, D. Lodovico de Biscotiis, Ottobono, Gisberto, Gabriele de Vando, Jacopo Bilutte et certis aliis qui partem Venetorum tenebant, mittebant pro illis qui partem Eccl. Aquilegensis tenebant et bonum statum Patrie ipsos valde reprehenderunt de verbis quibus utebantur contra Venetos et quare dicebant malum de Venetis et contra eorum statum et quod nisi ipsi sequerentur ea que erant incepta cum Venetis, ipsi facerent eos suspendi ad furchas. Et videntes qui partem Venetorum tenebant, quod illi qui partem Ecclesie Aquilegensis et bonum statum Patrie tenebant et diligebant, nolebant se ab eorum bona et perfecta opinione discedere et removere, statim fecerunt allevare unum par furcharum supra platea Sacili ad ipsorum terrorem et quod nemo auderet bonum statum Eccl. Aquilegensis et Patrie dicere. Et demum quadam die quidam bonus homo de Terra Sacili dixisset aliqua verba in honorem et statum Eccl. Aquilegensis Ecclesie et Patrie Forijulii, statim fuit captus et ductus usque ad furchas et quod nisi scala fuisset brevis sive curta, ipse totaliter fuisset suspensus. Et tandem auxiliante Deo fuerunt et gentibus Regie Maiestatis dicte gentes Venetorum fuerunt depulse de Terra et castro Sacili et ipsis gentibus depulsis fuit positus unus alius capitaneus nomine

semper pro Regia Maiestate. Et ulterius quum sancti obtinebant aliquam victoriam contra gentes Regie Maiestatis, supradicti tenentes partem Venetorum congratulabantur et festum magnum faciebant et per oppositum tristabantur quum gentes Regie Maiestatis aliquam habebant victoriam. Dictum Capitaneus hoc sciens et eorum pravam opinionem scripsit et notificavit D. Paulo Clavicer tunc Locumtenenti Magn. D. Comitis de Ortimburch Vicarii Sacri Romani Imperii in Patria Forijulii et cum suo consilio et de sui mandato ipse Capitaneus Sacili confinavit de dicta Terra Sacili Varnerium Peliza, Zandenel del Bentassum, Bertulussii, Ottobonum, Gisbertum, Gabrielem de Sandi et Pean, qui steterunt confinati de Terra Sacili per plures menses et tandem paucis diebus elapsis fuerunt et sunt introducti in Terram Sacili et ubi primo erant mali et pessimi, modo facti sunt peiores, quia ipsi minantur bonis viris qui fuerunt boni et fideles Ecl. Aquilegensis et qui fuerunt causa reducendi terram Sacili ad Ecl. Aquilegensem et ipsam tollere de manibus Venetorum et ponentes scandala et zizaniam in Terra inter cives ac utendo his verbis, videlicet: vere vere Dominus Rex et Ungari recedent de Patria et isti rustici qui sunt in Terra, modo recedent de Terra et ibunt laboratum ad villas, oportebit nos facere nostram vindictam contra illos qui nos offenderunt et nos oportebit lavare manus nostras in eorum sanguine.

Ulterius exponunt quod unus qui est expul a Terra Sacili ex eo quia ipse accepit stipendium a Venetis, egressus fuit strata publica supradictum Laurencium volendo ipsum occidere ipsum Laurencium qui veniebat ad Parlamentum, in presentia cuiusdam filii Ser Turini de Glemona et hoc fuit die lune proxima preterita.

Et ulterius exponunt et dicunt dicti exponentes contra supradictum D. Ludovicum quod continue duo sui filii steterunt et de presenti stant ad servicium bene tenuerunt et tota ista terra steterunt.

Quare supradicti exponentes qui fuerunt boni et fideles Sue fidelissime Regie Maiestati et qui fuerunt causa redimendi Terram Sicili de manibus sinistrorum, supplicant Regie Maiestati quod ipsa Regia Maiestas taliter provideatur quod illi qui fuerunt boni et legales premientur et bene tractentur, ita quod ipsi possint pacifice stare in Terra Sicili et quod illi qui fuerunt mali et pessimi puniantur secundum eorum merita et quod permittant bonos vivere in pace et quod Terra Sicili remaneat in bono et pacifico statu. =

Nota a tergo: audiantur partes et cum voluntate Regia ponatur eis silentium.

Esposizione delle offese e danni sofferti da Pre Francesco di S. Daniele prigioniero nel Cast. di Ospo.

Orig. in Ms. Arch. ... B. 61 ... 66, 15, pag. 62

Prelibatus Franciscus de S. Daniele conqueritur contra Nobiles de Varmo videlicet D. Guarnerium et D. Birtulum, quia ipsi fecerant me capi in Terra Utini et fecerunt me conducere in Ispurgo et tenuerunt me in carcere privato ... per octo menses dederunt mihi panem cum aqua et tenuerunt me in turrim Esp. et dederunt mihi multa tormenta contra ius et per hoc recepi magnum dampnum in summa ducentorum ducatorum. Quare peto ut de bonis eorum mihi reficiatur.

Similiter Franciscus conqueritur contra D. Tristanum, quod ipse cepit unum suum fratrem videlicet Nicolaum nomine et conduxit eum in Ispurgo et tenuit eum in carcere privato, quare ... volui exigere eum, ipse, scilicet D. Tristanus accepit mihi ducatos centum et in expensis ducatos XXV. Quare peto ut de bonis suis ut mihi reficiatur.

N. tergo: pendet.

Lamentum D. prelibati Francisci

P 181

Suprascriptum est elementum factum per me Franciscum de S. Daniele contra D. Guarnerium, D. Birtulum et Consortes et D. Tristanum de Savorgnano.

Et primo quomodo ceperunt et duxerunt me in Ispurgo;

Item ego fui marturizatus et petierunt me quis erat mecum in Sancto Daniele quod nos volebamus dare S. Danielem Dominis de Spignemberg;

Secundo quod ego veni cum Ser Hendrigo et Niclao fratre suo de Arignimbergo causa interficiendi eum silicet D. Tristanum ex fratrem;

tercio quod ipsi preiurunt me et volebant me puniri et accusaverunt me, quod ego dixissem missam incontradito (?) quod ipsi fuerunt ad S Daniclem;

et quarto morsu magno et esset verecundia sua silicet D. Bartuli;

et quinto ipsi tenuerunt me in carcere privato per octo menses et dederunt mihi panem et aquam et modicum et ipsi tenuerunt me in carcere extra turri bene per unum annum in Ehpio, unde volo omnia ista pro- bare. =

Richiami presentati al Re Sigismondo ed al Patriarca d'Aquileja dal Comune di S. Daniele contro i Nobili di S. Daniele

21

Orig. Mss. Ongaro, Bibl. S. Daniele, Bott. 15, pg 164
Communitas Sancti Danielis

Invictissimo Domino nostro D. Sigismundo Dei gratia Romanorum, Ungarie Regi etc. et semper augusto seu Domino nostro Lodoico Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis dignissimo Patriarche. Universis Consilium et Comune Terre S. Danielis Vestre Dominationis humiles servitores cum querela exponentes et lamentanter de iniuriis eisdem illatis per Nobiles de S. Daniele, videlicet ser Birtulum, Ser Granserium, Ser Nicolaum, Ser Morandum, Zanattum.

Et primo conqueritur ipsa Comunitas quod prefati Consortes, nulla causa discordie ent. inter ipsos et comunitatem S. Danielis nocturno tempore introduxerunt nonaginta pedites armatos quos in Castro S. Danielis clam tenuerunt et interim ibant per Terram S. Danielis acquirendo arma vires accomodum ne ipsi se deffendere possent. Et cum viderunt tempus eisdem aptum insultaverunt Terram maximo cum impetu, in quo insultu occiderunt duos viros et decem aciter vulnerati fuerunt. unque antequam rumor cessasset Dn. Tristanus in eorum succursum personaliter dictum Castrum intravit, cum D. Tristano prefati Nobiles, ut publice apparitur, dare promiserant Sanctum Danielem. Sicque rebus procedentibus eadem die dicti Nobiles ad saccomannum posuerunt domum cuiusdam Ser Francisci eorum consortis, qui eisdem de ipsorum proditionibus instare et consentire numquam voluit. Combusserunt etiam domum Calcuvini de S. Daniele et quamplura enormia intulerunt. Postquam vero populus contra ipsos sumpsit vires, ipsi Consortes una cum D. Tristano se in Castro prefato introduxerunt et Patriarcha Antonius de Portugruario tunc simulando se velle discordiam tollere, cepit laniare insontes et scelleratos Consortes prefatos exaltare et ubi ipsos homicidas punire debebat eandem proditionem per ipsos factam

Mss. Ongaro ... Firenze, ... Altham...

eisdem viris rebellatis complacuit et ad ipsorum instantiam et D. Tristani posuit in exilium per medium annum quinque notabiles cives, propter quod in S. Daniele subsecuta sunt mala plurima et damna intollerabilia occurrerunt prout omnibus compatriotis notorium potest esse et manifestum.

Item quod prefati Nobiles occiderunt seu occidi fecerunt ipsi aut aliqui ipsorum nobilem et Honorabilem virum Ser Julianum de S. Daniele, quem cum nefario modo occidissent, tenuerunt occultatum tribus diebus ~~[illegible]~~ in quodam stabulo.

Item quod prefati Nobiles iuraverunt supra altare in S. Daniele nunquam esse in dictis aut factis contra Communitatem S. Danielis et sine consensu dicte Communitatis nullam facere unionem et pacem post fecerunt unionem contra D. Comitem de Ortinburg et suos coadherentes et steterunt in Varmo contra prefatum D. Comitem tunc Vicarium sacri Imperii guerram facientes. Spoliaverunt quoque Nicolaum Janisii de Tumetio, Nicolaum Dentem de Glemona, quibus magnum damnum intulerunt et certos mercatores subditos Abbatis de Ornistain et quamplures Alemanos ipsos carceribus acriter includendo. Spoliaverunt etiam Nobiles de Valvasono et villas illorum de S. Vito inciderunt et terram Medune que erat Aquilegensis Ecclesie combusserunt, exigentes multam in dicto Castro de Varmo contra debitum rationis. Que omnia malefacta Universitati S. Danielis in damnum gravissimum occurrerunt, nam illi de Glemona imputantes hominibus de S. Daniele, quia predicti malefactores se nominabant Vicinos de S. Daniele, ceperunt animalia hominum de S. Daniele et ceperunt Vicinos S. Danielis, quibus damna intulerunt ultra valorem mille ducatorum. Et ex causa iniuriarum illatarum mercatoribus

promudij et spoliationibus, mercatores de S. Daniele non audent per Terras et loca ubi resident illi quibus illata est violentia tute pertransire, quod cedit in maximum damnum hominibus et Universitati S. Danielis.

Item conqueritur ipsa Comunitas de eo quod prefati Nobiles ceperunt quemdam familiarem Ser Francisci de S. Daniele et privatum carcerem committentes, ipsum duxerunt in Varmum et eundem tantis et tot torturis flagellaverunt quod eundem induxerint ad dicendum quod Ser Franciscus et ultra decem boni homines de S. Daniele combusserant quamdam areàm in S. Daniele facientes dicti Consortes et tractantes multa enormia et diversas proditiones contra ipsos de S. Daniele in tedium et gravamen omnium de S. Daniele.

Item quod postquam ipsa Comunitas et dicti Nobiles fecerunt iuramentum D. Comiti Sipi pro Serenissimo Imperio, dicti Nobiles seu aliquis ipsorum contrafecit iuramento per ipsos prestito Romano Imperio, videlicet quod prout dicitur, dederunt favorem D. Tristano ut intraret Terram Utini contra voluntatem et in spretum Domini nostri D. Romanorum Regis. Nam Ser Bartolus misit quemdam suum familiarem nomine Iob in predicto introitu et omnes Consortes miserunt ipsorum familiares quos in Varmo habebant. Item cum Nobiles de Tricano se sponte et non coacte dederunt Venetis, Zinutteis intravit Castrum Tricani cum certis sociis et Comunitati S. Danielis mala plura intulit, vulnerando et balistrando homines de S. Daniele, acriter agentes in favorem dictorum Venetorum contra homines de S. Daniele crudeliter et minantes dicti Consortes seu aliquis ipsorum subvertere Terram S. Danielis funditus toto ipsorum posse.

Item fuit notificatum de mense Settembris preteriti, quomodo tunc Ser Bartolus ivit ad portum Castisane instando quod Capitaneus portus Castisane ipsi Ser Bartulo daret gentes ut ipse posset intrare Terram S. Danielis: quam Terram et Castrum de Varmo ipse eidem obtulit dare in manibus Venetorum. Et Capitaneus prefatus ipsi Ser Bartulo obtulit prestare gentes ad sufficientiam ad hoc

porrigendum. Que notificata fuerunt Comunitati S. Danielis per quen-
dam fidelem Aquilegensi dubesse, qui requisitus fuerat ad hoc per quen-
dam Antonium Stipendiarium in Litispana, qui sibi predicta certissime
narravit.

Item comperitur ipsa Comunitas de eo quod prefati Nobiles cum
pluries, ut asseritur, induxerunt D. Tristanum ad faciendum multa
mala contra homines de S. Daniele ut publicum esse satis et noto-
rium toti Patrie.

Multa vero alia enormia contra homines et Comunitatem S. Danielis
illata per Nobiles et Consortes prefatos possent scribi que obmittuntur
ne auditui Dominorum predictorum ad tedium cedant seu gravamina

Item quod illi Nobiles de S. Daniele tractaverunt cum D. An-
tonio Patriarcha de Portugruario quod ipse D. Patriarcha possunt
intraductum in Terra S. Danielis per octo menses, volendo ipsi Nobiles
quod Comunitas intraret legam dicto D. Patriarcha contra Regiam Maie-
statem et contra D. Comitem de Ortimburg eius Vicarium. ==

Nota in margine: Excusatio est infra –

Supplica del Conte Guglielmo di Prata sulla distruzione della Terra di Meduna fatta da Natale Panciera.

MSS. Ongaro, Bibl. Veron. Vol. 666, 15, p. 169

Porrecta per D. Comitem Guglelmum Prate.

Reverendissime Pater et Domine noster singularissime. Uti perquisivi et habui a fididignis et probare volentibus supra facto destructionis Terre Metune quod tempore quo magnificus et potens vir D. Comes de Ottingburg S. R. Imperii Vicarius generalis, cum ipsam Terram Metune requisivisset in obedientiam uti de debito alie fecerant prefato D. Comiti et ipsi libenter se in protectionem suam et obedientiam fideliter subito quod prebuerunt tamquam semper fideles servitores S. R. Imperii, Ser Natalis Panciera cum Ser Bartolameo de Maniago de suo libitu et voluntate propria tamquam vir in Patria et specialiter inde tirannizans et adimplens quod suo appetitui occurrebat, ivit una nocte cum suis sequacibus et subditis a Terra Portusgruarii recedens versus Metunam per terram et per aquam in barchis per flumen Liquencie in modum et formam mercatorum fraudulenter taliter quod sui subditi et stipendiarii proditorie per aquam intraverunt in dictam Terram et ipse per terram ad pontem veniens cum Bartolomeo de Maniago et cum equestribus et pedestribus sentiens barchas intrasse, ad pontem se presentavit et tubis sonantibus, illi qui in terra erant proditorie intrati ad pontem incurrerunt et incisis ligamentis clavium pontis, ipsum declinaverunt et prefatum Ser Natalem introduxerunt. Qui, postquam intravit, inter alios percussos et vulneratos duo fuerunt interfecti et plusquam XXV capti fuerunt et de suo mandato in Portumgruarium carcerati fuerunt. Quo facto predictam Terram posuit ad sachomannum, convertendo omnia bona civium in suum comodum et propriam utilitatem et morem sociorum. Demum ignem faciens apponi de mandato suo eam totaliter cremavit et in tantum quod ex omnibus hospiciis que forsan erant plusquam ducentis, nullum

MSS. Ongaro ... Firenze ...

remansit nisi Ecclesia dicta Capella Domini Patriarche. Et de hijs omnibus supradictis ab hominibus Terre Pontisgruarii qui coacti ad flumen transeundum viderunt, et in presentia fuerunt omnium supradictorum plenariam habebitis informationem. —

Nota: Qui se excusant ut in eorum scriptis. —

Il conte Giovanni di Prata chiede al Patriarca d'Aquileja Ludovico ed al Parlamento l'indennizzo delle spese sostenute dal conte Guglielmo di lui Padre ed il risarcimento di danni sofferti dai fratelli dello Patriarca Antonio Panciera.

Orig. Mss. Ongaro, Bibl Verona, 666, 15, p. 95.

Coram Vobis Rev.mo Domino nostro D. Patriarcha, Venerabilibus Dominis Prelatis, spectabilibus, nobilibus et prudentibus et honorabilibus Comunitatibus Patrie Forijulii comparet Spectabilis D. Johannes Comes Prate et proponit infrascripta

Et primo dicit quod de anno preterito Magnificus eius genitor D. Guielmus per illos qui tunc deputati erant ad regimen Patrie F.I. una cum spectabili milite D. Vincislao de Spilimbergo, D. Lodovico de Cignottis et aliis, missus fuit pro bono Patrie ad excellentissimum Dominum nostrum Romanorum Regem et fuit sibi provisum de pecuniis pro expensis pro diebus XLV et quod finito dicto termino volens redire, non fuit permissus sed de mandato prefati Domini nostri remansit et stetit ultra dictum terminum XLV dierum bene tribus mensibus cum dimidio suis sumptibus, ex quo mutuo recepit tam a D. Pipone quam ab aliis ultra triginta ducatos, quos cum fuit in Patria sub usuris recepit pro restituendo

Quitque committimus Vobis Rev.mo Domino nostro D. Patriarche ut prefatum Dominum nostrum Romanorum Regem et taxare debeatis expensas factas per dictum servitorem vestrum

25

Mss Ongaro 15?? ... Firenze ... 1??

D. Guielminum [illegible] facere et ibi [illegible] et satisfieri et ic petit prefatus D. Iohannes eiusdem natus dignetur Dominatio Vestra gratiosissime facere sua benignitate et gracia.

Item proponit, quod ea die quo Papa Gregorius XII intravit hanc Patriam Forijulii dum supradictus eius genitor patruusque suus et ipse cum suis ivissent eidem D. Pape Gregorio obviam infra [illegible], familiares et stipendiarii Natalis et fratrum qui erant in Zopula, armata manu inde exeuntes iverunt ad villam et locum Praturloni ipsius D. Guielmini et ibidem acceperunt et depredati fuerunt animalia bovina et greges et omnia bona hominum de dicta villa, ceperuntque nonnullos eiusdem massarios et subditos et demum domos et ea portare non potuerunt, combusserunt et depredata ac homines captivatos conduxerunt ad dictam Zopulam, quare petit prefatus D. Iohannes pro se et dicto eius Patre predictum Natalem et fratrem condempnari ad emendationem et satisfactionem dictorum dampnorum, que ascendunt ultra summam trium milium ducatorum et particulariter denominabitur ~~per Vestram Rev. Paterni~~ si fuerit expediens, et per Vestram Rev.^mam Paternitatem et Dominationem ac prelibatorum venerabilitatem, spectabilitatem et prudentiam prefatum Natalem et fratrem astringi ad emendandum et satisfaciendum de omnibus et singulis dampnis et premissis illatis.

Item proponit antedictus D. Johannes de anno et mense presentibus fuisse indebite illatum inscriptum gravamen Antonio de Brugnaria que est subiecta Sacro Imperio et eius nomine servatur et custoditur: fuerunt enim dicto Antonio accepti quatuor boves cum curru et starios x salis per familiares Capitanei Sacili ante pontem Sacili in burgo S. Antonii et tamen idem Antonius solverat portatorum solutum, solverat quoddam dacium impositum in dicto loco a sex vel septem annis citra contra morales et antiquas consuetudines Patrie, videlicet soldos duo pro stario. Item quia quum Daniel de Taganea erat in dicto Sacilo Capitaneus pro Reverendissimo D. Antonio de Portugruaro, fuit et alia nova et indebita gabella imposita, videlicet, quod venientes ad loca propria Forijulii pro singulo currum 1. ..... soldos quinque et unum pro buleta, prefatus Antonius remanserat ante fores domus ubi fit consilium in dicta Terra expectans Vicecapitaneum Sacili ut faceret sibi buletam, licet non debeat talis gabella solvi, non enim reperietur hoc fuisse nisi a tempore quo est dictum supra. Et ideo supplicat prefatus D. Johannes antedictus Vestre Reverendissime ~~Paternitati~~ ~~Dominationi~~, Venerabilitatibus, Spectabilitatibus et prudentiis vestris ut astringatur prefatus Capitaneus ad restitutionem ablatorum per eius familiares ut supra et quod deinceps ibidem non petantur vel exigantur mute aut impositiones nisi prout consuetum erat et esse debet de antiqua et morali consuetudine Patrie Fori Julii.

Querele fatte [illegible] Abbate di Sumaga contro Natale Panciera di Portogruaro, presentate al Patriarca d'Aquileia Lodovico

Orig. MSS. Orgaro, Bibl. Marciana, [illegible] 125

Capitula querele facte pro parte venerabilis viri Domini fratris Jacobi Dei gratia Abbatis Sumaquensis et sui Monasterii contra et adversus Natalem Panceriam de Portugruario, super quibus suppliciter instatur providere per Reverendissimum in Christo Patrem et Dominum nostrum D. Lodovicum eadem gratia sancte Sedis Aquilegensis Patriarcham ac Colloquium huius presentis Patrie Forijulii in utilitate dictorum D. Abbatis et Monasterii Sumaquensis.

Primo gravi cum querela exponitur, quod cum iam quinque annis elapsis vel circa idem D. Abbas absens esset a dicto suo Monasterio pro negociis ipsius Monasterii, dictus Natalis cum comitiva gentium suarum accessit ad Monasterium ipsum manu armata et destruxit foveas ipsius Monasterii et eius muros deruinavit ac portam et turrim eiusdem Monasterii ad terram prostravit in gravissimum dicti Monasterii detrimentum atque damnum ultra valorem quinquecentum ducatorum auri.

Secundo exponitur quod post predicta dictus Natalis non contentus accessit iterato ad dictum monasterium cum stipendiariis suis, seu misit gentes suas ad depredandum monasterium ipsum et homines ipsi tirandum, ex quo tunc non solum laycos sed etiam monacos dicti loci capi fecit atque derobari, depredando etiam res et bona dicti monasterii tam sacras quam non sacras videlicet de Ecclesia asportavit palia, mantilia, libros et campanas et de monasterio ipso asportarunt lectos preparatos cum linteaminibus et cultris suis nec non [illegible]

loci quamplurimas et vasa VIIII partim plena et partim vacua et quandam archam in qua erant XII staria frumenti capitivando et apportando etiam cum dictis personis captis par unum boum cum curribus et aliis rebus loci ut ferramenta masseritie et alia, unde locus ipse Summagulensis deterioratus est ultra valorem ducatorum mille auri.

Tertio exponitur, quod cum dictus D. Abbas haberet supra ripa sui monasterii passus lignorum circa CC valoris librarum CCCC parvorum vel circa, dictus Natalis dicta ligna accipere fecit et in suam et suorum utilitatem convertit: et hoc non obstante intravit et intrari iussit stipendiarios suos in domum dicti monasterii que est in Portugruario versus castrum et fecit eidem D. Abbati et monasterio suo accipere vasa vacua quamplura ac devastare totam, fuerunt de ipsa domo in totum vel in parte eius magnas stallas equorum ac destruendo et deruinando certas alias stallas ibidem nec non comburendo balchiones, banchos, capsas et alias lecticas et res in tantum quod domus ipsa fuit et est deteriorata ultra valorem quingentorum ducatorum auri.

Quarto exponitur, quod cum prefatus D. Abbas haberet in Portuveteri asseres larici CCLX et de albedo asseres CC causa reparandi molendina sua ibidem existentia, dictus Natalis ipsos omnes asseres accipere fecit ~~et~~ quod deterius est ipsa molendina cum una sua seca totaliter destruxit asportando et in utilitatem suam convertendo mollas dictorum molendinorum videlicet quatuor paria mollarum ac asseres predictas et alia, que fuerunt in dampnum prefati D. Abbatis et sui monasterii ultra valorem ducatorum ~~[illegible]~~ sex centum auri

Quinto exponitur, quod cum dictus D. Abbas haberet in Portugruario in quadam caneva Bartholomei [illegible] in deposito et servamento circa urnas vini terrani XL, dictus Vitalis [illegible], abstulit totum vinum et vasa vacua restitui fecit, unde damnificavit dictum monasterium de ducatis XL auri.

Sexto exponitur, quod cum dictus D. Abbas propter predicta circa quinque annos preteritos fuisset absens ab ipso monasterio suo nec potuisset uti, frui et conversari in domo sua de Portugruario nec in monasterio suo Sumaquensi, nec etiam potuerit interim molendina et seca predictas quia destructas gaudere, ex quo damnum non modicum passus fuerit et maxime cum molendina ipsa annuatim sibi respondebant de affictu frumenti staria XXXIII et ultra et totidem misture et etiam dicta seca usus non fuerit, que sibi respondebat de libris X, ideirco petit sibi resarciri cum ex nunc [illegible] damnum de ducati seccentum anni et ultra.

Pro quibus omnibus damnis et interesse pro parte prefati D. Abbatis supplicatur sibi taliter provideri quod ipse possit merito contentari. =

Supplica di Leonardo Don di Gagliano massaro del Patriarca contro un ordine fattogli da Nicolò di Portogruaro Decano del Capitolo di Cividale. — Consuetudini del Friuli per licenziare i Massari.

MSS. Varm. 665, 15 pag. 36.

Copia di Jacopo Liruti (?)

Coram vobis venerabili et circumspecto viro D. Volrico Rectore in Ursen secretario et locumtenente Rev.mi in Christo Patris et Domini nostri D. Ludovici Ducis de Teck S. Sedis Aquilegensis Patriarche Meriti ad quem tam de iure quam de consuetudine spectat deffensio et protectio massariorum et officialium prefati Domini nostri Patriarche et iura ipsorum, comparet Leonardus dictus Don de Gagliano Decanus et massarius cum loco et focho prefati D. Patriarche et contra et adversus quoddam mandatum sibi factum per venerabilem et sapientem virum D. Nicolaum de Portugruario decretorum doctorem ac Decanum Civitatensem, quod se impedire non debeat de certis campis ac pratis ac territoriis quod ipse Leonardus Don recognoscit ad affictum a quondam D. presbitero Varnerio officiale in Ecclesia S. Petri de Poloneto et ab eius successoribus sicut continetur in instrumentis scriptis manu Alexii notarii cancellarii Capituli Civitatensis coram vobis productis.

Et primo dicit et allegat dictum mandatum sibi factum non debere procedere de iure nec consuetudine que pro lege servatur ac vigore dictorum instrumentorum, quia dictus Presb. Varnerius cum consensu et voluntate olim venerabilis D. Johannis Perotti Decani Civitatensis, ad quem

ut dictum spectat et pertinet seu spectabat et pertinebat collacio dicti beneficii Eccl. S. Petri prefato Leonardo Don et eius heredibus locavit et affictavit dictos campos et territoria ac prata pro af= ficta contenta in dictis instrumentis, facta prius dilligenti extimacione et scrutinio per prudentes viros ad hoc deputatos, utrum dicta terri= toria portare potuissent maiores et plures affictus et hoc cognito et solemniter precepto non posse plus solvere de afficta, prenomina= tus D presb Varnerius fecit dictam locationem eidem Leonardo Don pro maiori utilitate ipsius Ecclesie, quia dicta territoria tunc erant et iacebant in pustotta taliter quod ulla persona tunc tantum dedisset de afficta et tunc quasi nichil haberi seu percipi poterat ex eisdem, nunc vero quia dicta territoria sunt bene culta, laborata et optime passanata ac meliorata, prefatus L. Dea= nus eadem bona et territoria prescripto Leonardo Don accipere intendit, non obstante quod ipse Leonardus Don a tempore conductionis citra semper anno singulo aerialiter ac integraliter affictus suos predictos persolverit non obstan= tibus guerris et malencoriis occursis et existentibus in Patria Forijulii et quod ad presens existunt et occurrunt.

Item dicit ipse Leonardus Don dictum mandatum non procedere, quia talis consuetudo est in Patria Forijulii, videlicet quod si aliquis massarius alicuius prelaturae, Ecclesie vel ecclesiasticae

persone territorium sibi locatum bene cultivaverit
et laboraverit et affictus suos debitis temporibus solverit
et territorium melioraverit ut ipse Leonardus fecit, Do-
minus, Capitulum seu Ecclesia aliqua dictum territorium
minime auferre debet nec potest de consuetudine, quam
iam de iure habent et conservant et in Capitulo Civitatensi
diu inconcusse observata.
Quare prefatus Leonardus Don tamquam necessarius et
pecuniosus prefati D. Patriarche ~~petit~~ petit, supplicat et instat
ut ipsum tam in iure suo quam in consuetudine Civitatis
ac Capitulo Civitatensi et Patrie Forijulii in iure placeat
et velitis habere favorabiliter recommissum, quia non esset
equum neque iustum quod mercenarius labores suos
et mercedem perdere deberet, ut hic, non obstante quod
propter meliorationem dictorum bonorum sibi locatorum
modo plus de afficto habere posset aut per aliquas per-
sonas sibi aliqualiter offerantur quod antea non fuit
nec haberi potuit.

Supplica di Dobelino Andreotti fatta al Re Sigismondo contro gli uccisori del padre suo Marquardo e altri danni sofferti a cagione di Tristano di Savorgnano.

Cod. Vat. 6665 p. 66, MSS Ongaro, Bibl. Varona.

Coram Vobis Serenissimo et Invictissimo Principe ac Domino nostro D. Sigismundo divina favente gratia Ungarie Rege ac Romanorum Rege semper Augusto, comparens Dyetalmus q. nobilis Ser Marquardi de Andriotis de Utino pro se et fratribus suis et sororibus et filiis eiusdem olim Ser Marquardi, exponit et cum querela gravissima conqueritur infrascripta vera fuisse affirmans, videlicet quod dum dictus Ser Marquardus civis honorabilis Terre Utini, vir bonus et vite honeste ac semper adherens libertati Ecclesie Aquilegensis et maxime statui Sacri Romani Imperii contrariusque tirannidi et superbie impii et proditoris Tristani alias de Savorgnano nuncupati resistere vellet cum nonnullis probis viris eiusdem Tristani superbie et tirannidi, qui non solum cives Terre Utini sed etiam Castelanos vi et potentia sua indebite et de facto opprimebat tanquam tirannus in Patria Fori Julii factus, captus fuit in odium eiusdem proditionis et tirannie, qui quali modo mortem ipsius Ser Marquardi patris antedicti Dyetalmi pertractaverit narrent in hac forma. Quod ipse Tristanus tamquam dolosus, cupiens in Terra Utini de qua Dominum se intendebat facere, non habere aliquos sibi contrariantes, sed quod omnes sub suo timore permanerent, disposuit, prout fecit a Venetiis secum conducendo maximam partem conciviun Terre Utini qui sibi videbantur esse

MSS Ongaro ... Firenze ...

contrarii et eius Statui ~~[illegible]~~ et maxime attinentes
et propinquos antedicti Ser Marquardi; qui dum esset ibidem
dato prius ordine cum Franciscutto eius fratre simili proditore
quid in Terra Utini facere deberet, tandem per ipsum Franci-
scuttum dicti Tristani fratrem coadunatis nonnullis rusticis et
incolis ibi subiectis quadam die mercurii de mane ante tercias
dicto Ser Marquardo tamquam fideli christicola de ecclesia ve-
niente, dictus Ser Marquardus invasus fuit per assassinos et
malefactores qui tunc per ipsum Franciscuttum coadunati fuerant
in merchato veteri iuxta domum Magistri Johannis de Spinim-
bergo quem Ser Marquardum ad domum suam venire intendin-
tem, agressus fuit quidam Franciscus olim Dogni de Castello cum certorum
malefactorum comitiva et eundem dominum Marquardum decem et octo vulne-
ribus sauciaverunt, relinquentes eum in terra prostratum pro mortuo,
qui dominus Marquardus sic acriter vulneratus per nonnullos suos attinentes
ad eius domum portatus fuit et sic nonnulla hominum comitiva que ad
prosecutionem dicti Tristani et Franciscutti proditorum stabat attenta
in domibus aliquorum civium Terre Utini et benivolorum domui
ipsorum Tristani et Franciscutti; de eisdem domibus exivit et ad
platheam se transduxit publice dicendo: quis est qui contradicere
velit domui et casate de Savorgnano; euntibus interim per Terram
certis familiaribus ipsius Tristani et dicentibus artesanis eiusdem Terre Utini,
quod si aliquem in Terra presentiret rumorem de mandato dictorum Tristani
et Franciscutti non auderent neque presumerent de eorum domibus et stationibus
se aliqualiter removere, sed quod dimittere facerent solum comitivam ipsius Tristani

quorum virtorum propter, nullus ex antianis se de domo movit. Deinde, quod durius, dum idem Ser Marquardus ad domum ductus fuisset, dictus Franciscuttus cum Rectoribus tunc regentibus iniungi fecit in mandatis cuilibet medico et barberio Terre Utini, ne ipsi Ser Marquardo mederi deberent sub pena capitis et indignationis domus de Savorgnano, quod sic factum fuit et deinde dictus Dyetalmus [illegible]dem Ser Marquardi filius, certum medicum de Civitate Austrie videlicet Magistrum Johannem de Feraria Utinum venire fecit propter considerare et curare vulnera sui patris, qui medicus immediate per illos de Savorgnano [illegible] fuit minantes eidem quod si de subito non expediret Terram, tractarent eum peius quam ipsum [illegible] Ser Marquardum tractaverat. Qui medicus metu ipsorum, de Terra Utini recessit, itaque incuratus permansit dictus Ser Marquardus usque ad terciam diem post illationem vulnerum sibi factorum, qua die tercia postmum in Domino diem clausit extremum. Quo de facto metu et terrore illorum de Savorgnano, nullus ex conciviibus Terre Utini ausus fuit eius corpus ad Ecclesiam portare quod inauditum semper fuit immo oportuit Fratres Ecclesie S. Petri martyris dictum eius corpus ad ecclesiam portare, predictorum de Savorgnano metu et terrore. Supra quibus instat et requirit cum instantia Reverendissimam Paternitatem Vestram dictos Tristanum et Franciscuttum alios de Savorgnano et eorum in hoc complices et sequaces qui in posterum reperientur et nominabuntur puniendos fore et secundum iuris ordinem puniri debere ut hec cedant in aliorum exemplum, ne de suis possint male gestis gloriari, ad rectitudinem et iustitiam semper in premissis habendo respectum.

Il nob. Bartolomeo di Melss a nome della Madre sua Daleta di Zoppola domanda al Re Sigismondo e dal Patr. d'Aquil. Lodovico, la restituzione di metà di Zoppola occupatagli da Natale Panciera di Portogruaro

Orig. MSS. Ongaro, Bibl. Verona, 6 ott. 15, p. 185.

Justissime ac Serenissime Princeps Dei gratia Romanorum Rex ac Rev.me DD Lodovice Dux Dechensis ac S. Sedis Aquilegensis Patriarcha dignissime, Prelati, Nobiles et Comunitates. Coram inclita Maiestate et Dominationibus ac Reverenciis vestris compareo ego Bartolomeus de Meis filius et tamquam procurator nomine vestris D. Dalete de Zopola et cum gravissima querela dictis Magnificentiis vestris expono quomodo et qualiter Vatalis de Portugruario et fratres a decem annis citra medietatem Zopole indebite et iniuste et contra Deum et iusticiam occupaverunt et detinuerunt ac de presenti occupant et detinent, eo quod dicte D. Dalete prefata medietas Zopole est dos et iura sua dotalia et ideo dicti Vatalis et fratres de dicta medietate Zopole nihil habent agere de iure. Quare dictas Serenitatem et Reverencias vestras cum omni debita instancia qua possum precor et eisdem supplico ut pronunciare, declarare et determinare dignentur dictam medietatem Zopole cum omnibus iuribus, dominiis, iurisdictionibus et garittis eidem medietati Zopole spectantibus et pertinentibus ad dictam D. Daletam virtute et causa superius enarrata eo quia est dos sua et de iure spectare et pertinere et dictos Vatalem et fratres nullum ius in ipsa medietate Zopole habere, offerens ego Bartolomeus dicto procuratorio nomine me paratum meis debitis loco, hora et tempore in premissis eisdem Magnificentiis Vestris ostendere et demonstrare. ——

Notata tergo. utatur iure suo coram Officialibus

MSS Ongaro ... firenze ... 41 ...

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

78

Supplica al Re Sigismondo [illegible] Signori

della Frattina per i danni avuti [illegible] fatti dai Veneziani.

Orig. in MSS Bibl. Civ. 685, 5. p. 57

Petitio Castellanorum de la Fratina.

[illegible] Invictissime Caesar, pro parte fidelium servitorum Ludovici, [illegible], Antonii et Francisci de la Fratina humiliter exponitur quod tempore quo progenitores sui semper fuerunt, sunt et esse intendunt fideles servitores Sacri Imperii et Sancte Aquilegensis Ecclesie, paratique fuere exponere personas et bona ipsorum pro manutentione et deffensione iurium Sacri Imperii et huius dulcis libertatis Sancte Aquilegensis Ecclesie et novissime in dicta perseverantes opinione, anhelantes dicte Aquilegensis Ecclesie et dicte Patrie libertatem posse tenus deffendere et manutenere, resistentes pro viribus [illegible] gentibus Venetorum [illegible] denique deficiente eis opportuno auxilio taliter exterminati fuerunt, quod eorum Castrum de la Fratina funditus ruinaverunt et combusserunt, ex quo inextimabile passi sunt dampnum. Quare prelibate Maiestati Vestre humiliter pro dictorum exponentium supplicatur quatenus ipsorum indempnitati paterne compatientes dignemini taliter sibi providere quod de huiusmodi ipsorum commendanda intentione in totum non depauperentur et quod ipsorum animus ad utiliora peragendum merito extollatur et quod [illegible] huiusmodi aliis cedat in exemplum videlicet ut promptius se et sua simili de causa exponant. —

1414, 30 aprile. S. Daniele. Sicurtà per un suddito di San Daniele per aver avuto rapporto coi ribelli.

Bernardo di Braggà notaio Arch. Not. di Udine.

[illegible] 1414, ind. VII, die [illegible] mensis aprilis, actum in Terra S. Danielis in domo habitationis [illegible] dicti Turbe, presentibus ipso Nicolao, Christoforo Dalete, Leonardo Comucii de la Lisga de S. Daniele testibus et aliis. [illegible] die hodierna per totum consilium [illegible] S. Danielis fuerit determinatum quod Florianus Livetti sit condemnatus de natum [illegible] denariorum et ultra [illegible] non stare debeat ultra Tellam quam usque ad pontem S. Georgii in [illegible] centum ducatorum pro singula vice propter sua demerita quia conversationem habuit cum Rebellibus et nova tangencia comunitatem que scivit non propalavit etc.; nunc vero coram dictis etc. et me notario Livettus pater dicti Floriani se obligavit [illegible] dicta pena centum ducatorum et [illegible] [illegible] Comucii de la Lisga precibus dicti Livetti se obligavit et promisit [illegible] Antonio Tignotti de Utino Gastaldioni S. Danielis [illegible] et solvere in manibus dicti Gastaldionis hinc per totum mensem Maii prox. futuri libras denar. centum et prefatus Livettus promisit ipsum conservare indemnem etc. Et ibidem Florianus ratifficavit et contentus extitit et promisit observare predicta. —

1414, 1 agosto Ospedaletto. Sentenza arbitraria nelle questioni per pascoli tra la villa di Osoppo e le ville di Buja, Avasinis e [illegible].

[illegible] coll. Barnaba, VIII, 264.

In christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem 1414, ind. VII, die primo mensis augusti. Actum in Ospedaletto, [illegible] et [illegible] [illegible] S. [illegible], presentibus [illegible] et [illegible] [illegible] Osoppi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Francisco de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de Gemona, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

Cum hoc sit quod certe [illegible] et differentie verterentur [illegible] [illegible] [illegible] villae Osoppi ex una et homines villarum Buie, Peglionis et Vasinis ex [illegible] [illegible] et [illegible] certi pasculi vocati la pascul del bar, [illegible] [illegible] [illegible] partium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Johannes de Cavalcantibus legum doctor [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Doctor de Toppo [illegible] Pittaculi et Simon Bertholotti de [illegible] [illegible] notarius [illegible] et Antonius Coda de Gemona [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Patrem Dm. Ludovicum Dei gratia S. [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] homines de Buia, Vasinis, Peglionis et Osoppi et [illegible] [illegible] nomine invocato talem infra dictis hominis super dicto pasculo [illegible] in [illegible] intentionem, hanc sententiando componendo et [illegible] [illegible] [illegible] compromiserunt et declaraverunt [illegible] [illegible]

Quod homines Ville Osoppi cum animalibus ipsorum possint quandocumque eis placuerit et omni tempore anni [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de eorum [illegible] [illegible] super pascuis [illegible] [illegible] [illegible] Vasinis et Peglionis sine [illegible] contradictione [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cumque, citra et ultra aquam Tulmenti.

Item quod homines de Peglionis et Vasinis ad eorum voluntatem et quando cumque eis placuerit cum ipsorum animalibus et armentis pasculare possint in pasculo del bar superius nominato, sine contradictione alicuius persone.

Item quod homines de Buia cum uno armento dumtaxat ex eorum armentis

moduum facere procuravit, et fecit.

[illegible] Orzano [illegible] Firenze [illegible]

[illegible] dicti quoque [illegible] placuerit et non cum pluribus tempore possint [illegible] in dicto pasculo del [illegible] dicti armenta pascolare, possint et valeant ad eorum voluntatem sine contradictione hominum de Ospo [illegible] eorumque personae.

Pro quibus omnium [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] q. [illegible] et Dominicus q. Nicolai de Ospio pro hominibus [illegible] et [illegible] q. [illegible] et Franciscus q. Bonni de [illegible] pro hominibus [illegible], Johannes q. Virgilii et Jacobus [illegible] q. Nicolai de Peglione ..

(c 129)

In Dei Nomine Amen

31

1414
29 agosto
17 anni

Anno a Nativitate Eiusdem Millesimo Quadringentesimo Quarto Decimo, Indictione septima, die mercurij vigesima nona mensis Augusti hora vesperorum, vel quasi, Pontificatus vero sanctissimi in Christo Patris, et Domini Nostri Domini Gregorij Divina providentia Papę Duodecimi anno octavo. In pręsentia mei Notarij, et testium infrascriptorum ad hoc spetialiter vocatorum, et rogatorum.

Reverendissimus in Christo Pater, et Dominus Dominus Iacobinus Miseratione Divina Sanctę Marię novę Sacrosanctę Romanę Ecclesię Diaconus Cardinalis Utinensis vulgariter nuncupatus per Dei gratiam sanus mente, et intellectu, licet corpore languens habens auctoritate Apostolica licentiam testandi per literas Apostolicas vera, et integra Bulla plumbea dicti Domini Nostri Papę more Romanę Curię bullatas, sanas, et integras, ac omni prorsus vitio, et suspitione carentes a me infrascripto Notario visas, et lectas, ac volens de bonis suis, ne ipsum intestatum decedere contingeret, condere testamentum, hoc pręsens testamentum nuncupativum, quod de Iure civili dicitur sine scriptis, in hunc modum facere procuravit, et fecit.

In primis quidem voluit, ac disposuit, et
ordinavit, quod si eum ab hac luce con=
tigerit, corpus suum poni in quadam caf=
sa lignea, et humari in Ecclesia Conven=
tus Sancti Joannis Evangelistæ Arimi=
ni Ordinis Sancti Augustini, videli=
cet ante Altare Maius dictæ Ecclesiæ
honorifice, et decenter, et indui per Con=
ventum predictum Tunicella, et dalma=
(129t) tica more Diaconi Cardinalis. Item vo=
luit, quod si Germani sui mitterent pro
corpore suo, facturi illud ultimum de=
portari, quod dictus Conventus teneatur,
et debeat dictum corpus eis dare, rema=
nente in dicta Ecclesia capello suo ap=
penso. Pro quibus disponit, et dare vult
Centum Ducatos, videlicet pro exequijs,
et funeralibus faciendis per infrascri=
ptos suos executores, de quibus quidem
centum ducatis summa quantum melius
fieri poterit extrahatur de bonis dicti
Domini Cardinalis vendendis per dictos
executores cum minori damno dicti Te=
stantis, et suorum heredum. Item con=
firmavit Donationem factam Nicolao
Germano suo, de qua apparet scripta ma=
nu sua propria, ac etiam Instrumentum
super dicta scriptura in publicam for=
mam redactum manu Joannis Mul=
ker de Druslaker Clerici Coloniensis
Diocesis Notarij publici, et tunc se

cretarij

cretarij ipsius Domini Cardinalis cum condi=
ctione erectionis Capellę pro salute animę
suę, et suorum progenitorum in ipsis scri=
ptura, et instrumento contentę, quam condi
ctionem voluit penitus observari. A=
tiam vero Donationem factam eidem Nico
lao, ac Nicolussio Germano etiam suo, de
qua summaria scriptura, et instrumen
tum apparet, revocavit, et haberi voluit
pro infecta. Item reliquit Andreę fi=
lio Nicolussij Nepoti suo viginti quin=
que ducatos auri, et quod induatur de
nigro de meliori panno. Item vult, quod
Arnoldus, et Ambrosius sui familiares
induantur de panno nigro meliori; Omnes
autem alij de grossiori sic, quod omnes
sint honeste induti. Item voluit, quod
dicti executores honorent Ecclesiam San=
cti Joannis de dictis centum ducatis, pro=
ut videbitur eis, ita tamen quod si dictis
Ecclesię, et corpori non videretur hono
rifice, et sufficienter provisum vult,
quod addantur quinquaginta alij duca=
ti extrahendi de dictis bonis eiusdem
Domini Cardinalis, sicut eisdem execu
toribus videbitur expedire. Alfino
(c. 130) autem de Camporegali tantum donat,
quod se possit honeste induere de nigro. Ser
Nicolao autem de Civitate Austrię Aquileien=
sis Diocesis donat viginti quinque ducatos
auri, quos sibi mutuavit, prout de quinde=

cim apparet quedam scriptura manu dicti ser Nicolai, quam ex nunc cassat, et voluit dictum ser Nicolaum honeste etiam indui de nigro, quodque ad restitutionem, et satisfactionem dictorum viginti quinque ducatorum auri minime teneatur. Item ordinavit, et esse voluit, ac deputavit suos executores, et fideicommissarios Reverendissimos in Christo Patres, et Dominos Dominos Angelum titulo Sanctorum Petri, et Marcellini presbiterum, ac Petrum Sancte Marie in Cosmedim Diaconum Sacro Sancte Romane Ecclesie Cardinales ac venerabilem et egregium magistrum Jeronymum de Arimino ordinis Heremitarum sancti Augustini magistrum in sacra pagina, nec non Alfinum, et ser Nicolaum predictos, quibus dedit plenam, et liberam facultatem bona sua quecumque vendendi, et alienandi, ac pignorandi, et alia faciendi, que eis necessaria, et utilia videbuntur usque ad integram, et completam solutionem, et satisfactionem omnium premissorum.

In omnibus autem aliis, et singulis suis bonis mobilibus, et immobilibus, iuribus, et actionibus presentibus, et futuris ubicumque sunt, et reperiri possunt fecit, et instituit Nicolaum del Torso fratrem suum predictum suum heredem universalem non revocando donationem eidem Nicolao, ut premittitur,

factam. Et hec est ultima sua voluntas, quam valere voluit iure Testamenti, et si iure Testamenti non valeret, valere voluit iure Codicillorum, et cuiuscumque alterius ultime voluntatis, cassans, et cancellans omne aliud Testamentum, codicillum, et ultimam voluntatem per eum hactenus factam, ac volens, et mandans huiusmodi Testamentum, et voluntatem ultimam omnibus alijs prevalere; Rogansque me Notarium infrascriptum, ut de predictis omnibus, et singulis publicum

(c. 130 t.) conficerem instrumentum: Actum Arimini in contrata sancti Bertoli in domo habitationis ser Nicolai de Rusticis de civitate Histrie Notarij Ariminensis in Camera iuxta Smaltum dicte domus: presentibus prudentibus, et discretis Viris Fusco Francisci Terentij, Gabriele eiusdem fratre, Antonio Bruno, Magistro Lazarino Joannis a Planellis, Blancho Joannis, Magistro Petro Angeli a Legaminibus, Buccio Belini Calzolario, Antonio Viahc Spetiario omnibus de Arimino, ac Antonio Nuti de Castello, Magistro Jacobo Antonij a Bocalibus de Pensauro, ac Magistro Dominico Joannis de Spilimbergo Magno Aquileiensis Diocesis omnibus habitantibus Arimini testibus ad pre=

Rimini

... Vagone ... Firenze ...

dicta vocatis pariter, et rogatis etcet.

Et Ego Arnoldus Severini de Vuoudrichem Clericus Traiectensis Diocesis publicus Apostolica auctoritate Notarius. Quia predicti Testamenti ordinationi, et ultime voluntatis declarationi, omnibusque alijs, et singulis, dum sic, ut premittitur, agerentur, et fierent presens, et personaliter una cum suprascriptis testibus interfui, eaque omnia, et singula sic fieri vidi, et audivi, ideoque hoc presens publicum instrumentum huiusmodi Testamentum in se continens exinde confeci, publicavi, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis, et consuetis signavi rogatus, et requisitus in fidem, et testimonium omnium, et singulorum premissorum etcet.

Signum

Notarij

Bibl. Marciana. Mssi Fontanini Classe XIV Cod 48.

Fontanini Mss. Clas. XLV - Cod. XLVIII.

1409. - In Nomine Domini Amen

Anno a Nativitate eiusdem Millesimo Quadringentesimo Nono, Indictione Secunda, Die vero Veneris penultima Mensis Augusti; Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, et Domini Nostri Gregorij Divina providentia Papę Duodecimi Anno Tertio. In presentia mei Notarij, et Testium infrascriptorum coram Reverendissimo in Christo Patre, et Domino Domino Jacobino tituli Sanctę Marię novę Sacro Sanctę Romanę Ecclesię Diacono Cardinali Utinensi, constitutorum et Idem Dominus Cardinalis dixit, et asseruit, quod cum Nobilis Vir Nicolaus del Torso de Utino, Aquileiensis Diocesis, germanus suus, et utroque presente sibi fraterna, et mutua caritate astringeretur, et vinculo naturalis germanitatis instrumentum alligaretur ex hoc, et consideratione gratorum servitiorum per eumdem Nicolaum sibi in suis maximis necessitatibus in diversis, et magnis pecuniarum quantitatibus, et alijs tam in Romana Curia, quam extra exhibitis, et quod pro honore eiusdem Domini Cardinalis, et totius Domus suę servandis, et ampliandis prefatus Nicolaus personam, et facultates suas

pluries diversis exposuit periculis, nul=
lis parcendo laboribus, et expensis, qua=
tenus sibi in omnibus complaceret, prout
virtuose complacuit; Unde sibi ex
premissis reddebatur, prout asserebat,
plurimum obligatus. Et propterea i=
dem Dominus Cardinalis cupiens ex
suis patrimonio, et facultatibus facul
tates, et patrimonium Nicolai prefa=
ti etiam ampliare, et considerans, quod
Nobilis Vir Nicolussius antiquio=
rum Frater suus ex bonis paternis
eidem Nicolussio tempore sue eman=
cipationis assignatis, et alijs quibus
habundat decenter, ac honorifice sta=
tum suum, et Domus sue potest con=
servare, ac sperans prefatus Dominus
Cardinalis deinceps per gratiam Dei pos=
se sufficienter vivere de Patrimonio
Jesus Christi, cui semper servire de=
crevit, et pro Statu Sancte Romane, et
Universalis Ecclesie, ut asseruit conti
nue laborare omnia, de singula bona
(c. 128t.) sua sua tam ex paterna, quam mater=
na hereditate, ac hereditario quolibet
jure paterno, et materno sibi debita tam
stabilia, quam mobilia in quibuscum=
que genere, et spetie, ac ubicumque si=
ta, et posita prefato Nicolao germa=
no suo omnibus modo, via, iure, et
forma, quibus melius, et efficacius

potuit, ac poterit, ex certa scientia spon=
te, et libere titulo donationis, que dici=
tur inter vivos, premissis bene consi=
deratis, donavit, et donat, ac dedit, dat, at=
que largitur; in eumdem omne ius, et
dominium, quod in predictis bonis ha=
bet et habuit transferendo, volens ni=
hilominus hanc non esse unicam tan=
tum sed tot, et tantas donationes, quod
nulla eorum summam centum ducato=
rum excedat, quas hic spetialiter ha=
beri voluit pro distinctis, et suffi=
cienter expressis: Que omnia, et sin=
gula bona idem Nicolaus possit, et
valeat habere, tenere, et possidere, et
de eis facere sue libitum voluntatis
dummodo ad vitam dicti Domini Car=
dinalis predicta bona nullo modo in
toto, vel in parte possint distrahi, a=
lienari, vel vendi; Et cum hoc, quod
post obitum dicti Domini Cardinalis
prefatus Nicolaus, et sui heredes te=
neantur, et debeant unum Altare sub
vocabulo Sanctorum Jacobi, et Nico=
lai in Collegiata, vel alia Ecclesia
Utinensis de novo erigi facere, cum=
que cum tot ex bonis predictis in
utili, et congruo loco sitis dotare,
quod presbitero super eodem dictum
ad laudem Dei celebranti Divina pro
animabus dictorum Domini Cardinalis,

ac Genitorum, et germanorum eiusdem, et alio-
rum, quibus in aliquo tempore teneretur, an-
nuatim solvantur ex illis decem staria
frumenti, decem congia vini, et due marche
solidorum Aquil , cuius dictus Nico-
laus, suique heredes Jus patronatus, et
presentandi ad illud idoneum sacerdotem
habeant, quique presbiter inter alias quo
tidianas Missas omni mense semel unam
missam super dicto Altari cum nota, et
cantu cum sex alijs presbiteris, vel cleri
cis, inter quos sint Diaconus, et Sub
diaconus, Evangelium, et Epistolam can
tantes celebrare, vel celebrari facere tenea
tur, nisi contingeret, quod per eumdem Do-
minum Cardinalem in vita sua consimi
le Altare sic, vel melius dotatum ex alijs
bonis, vel pecunijs suis fuisset erectum,
seu aliud pium opus ad laudem Dei il
lud excedens consimili intentioni edifi-
catum, unde appareat eumdem Nicolaum a
fundatione dicti Altaris ab eodem Domino
Cardinali fuisse spetialiter absolutum. Et ni-
hilominus dixit prefatus Dominus Cardina-
lis, et protestatus fuit coram me Notario, et
Testibus infrascriptis, quod si reperiretur
unquam in posterum, quod aliquod aliud
instrumentum Donationis de bonis predictis
in personam cuiuscumque vel quorumcum
que facte per ipsum sub quacumque alia
data, et die sequenti, illud ex nunc con-

fitetur

fitetur invalidum, et ad cautellam factum, et non fuisse sue intentionis, et mentis illud valere, nisi ut per illud possent evitari pericula verissimiliter eventura ratione pernitiosi Scismatis nunc currentis contra ipsum, et Germanum suum Nicolaum, cui presentem Donationem fecit sponte, et libere in bonis huiusmodi supradictis: Super quibus omnibus, et singulis prefatus Dominus Cardinalis petijt sibi a me Joanne Notario publico infrascripto unum, vel plura publicum, seu publica fieri Instrumentum, seu instrumenta: Acta fuerunt, et sunt hec in Civitate Austre Aquileiensis Diocesis in Domo Residentie dicti Domini Cardinalis, contrate Puster mille hora Vesperorum, vel quasi, sub anno, indictione, die, mense, et pontificatus quibus supra: Presentibus ibidem honorabilibus, et discretis Viris Maffiolo de Riboldis de Modoecia, Arnoldo Severini Clericis, et Antonio de Verdag.º ar. Cra. to Mediolanense Traiectense, et Aquileiensis Diocesis familiaribus eiusdem Domini Cardinalis Testibus ad premissa vocatis spetialiter, et rogatis etcet.

Et Ego Joannes Mulker de Druslaker clericus Coloniensis Diocesis publicus apostolica auctoritate Notarius, quia predictorum bonorum donationi

dispositioni protestationi, omnibusque alijs, et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, fierent, et agerentur una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi, et audivi, ideoque hoc presens publicum instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci, publicavi, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis, et consuetis signavi rogatus, et requisitus in fidem, et testimonium omnium, et singulorum premissorum etcet.

Signum
Notarij.

(C.^to 15 7bre 1896.

1414 Testamento del
29 Agosto Card.^e del Torso

1409 Donazione al fratello
30 Agosto Udine Nicolò

Copie
donate dal Sig Enrico del Torso
che le trascrisse da MSS
Fontanini nella Marciana
ove è indicato

...mperiale ed al Comune di Udine nella
...uardo al castello di Ariis posseduto da

...te. Egregiis et prudentibus viris Paulo Glovicer
...ni Terre Utini amicis dilectis salutem et ~~Receptionis litteras ve~~
... datas Utini die xviii mensis Augusti pre=
...is quod littere nostre mentibus vestris admi=
...umquam Nuncios vestros ad nostram pre=
...ant rogavissemus, quod velitis [illegible]
...strorum per nos tam dilectos recommendatos
... Tristanum de Savorgnano et fratrem
...stare permittentur, quia ad presentiam
...rout in dictis vestris litteris hec et alia
...espondemus, quod de talibus litteris
...onem capimus et turbationem, et consi=
deremus quod si ad litteras nostras habuissetis considerationem et respectum,
non ita citius respondissetis sicut vestre littere continent aliamque responsio=
nem fecissetis. Dicitis nam ad presentiam nostram nullos Nuncios destinasse,
quod contrarium apparet, nam bis Ambaxiatores reverendissimi domini vestri Electi
Patriarche Aquilegensis eius parte et totius Patrie Forijulii fuerunt ad presen=
tiam nostram et ad Capitula per eos nostro Dominio porrecta, fecimus respon=
siones nostras iustas et rationabiles, prout non dubitamus, quod vobis retule=
rint et si hoc oblivioni tradidistis, nos memorie retinuimus, et inter alia requi=
sita per nos, dictos Ambaxiatores rogavimus ut vellent dictum d. Patriarcham
electum et vestram Comunitatem, que istius altercationis causa est, rogare quod
permitteretis villas et alia loca spectantia et pertinentia Castro Ariis et aliis locis
que dilecti nostri recommendati D. Tristanus et frater tenent et habent in
Patria Forijulii, stare et permanere secundum antiquam consuetudinem et iurisdictio=
nem suam, nam habentes Castra habere debent iurisdictiones et pertinentias suas ~~et~~ hoc
Serenissimus Dominus Romanorum et Hungarie Rex terminavit et declaravit in treguis

dispositioni protestationi, …
et singulis premissis, d…
titur: fierent, et agerent…
minatis testibus prese…
sic fieri vidi, et audivi…
sens publicum instrum…
propria scriptum exi…
cavi, et in hanc publ…
gi, signoque et nomine
consuetis signavi roga…
in fidem, et testimoniu…
singulorum premissor…

Signum
Notarij.

1414. 30 Agosto. Ducale al Capitano imperiale ed al Comune di Udine sulla violazione delle tregue in riguardo al castello di Ariis posseduto da Tristano Savorgnano.

Thomas Mocenico Dei gratia Dux Venetiarum etc. Egregiis et prudentibus viris Paulo Glovicer
Capitaneo, decem Deputatis, Consilio et Comuni Terre Utini amicis dilectis salutem et ~~Recepimus litteras ve~~
dilectionis affectum. Recepimus litteras vestras datas Utini die XVIII mensis Augusti pre=
sentis responsivas nostris, per quas scribitis quod littere nostre mentibus vestris admi=
rationem attulerant, considerantibus vobis numquam Nuncios vestros ad nostram pre=
sentiam misisse, per quos requisivissemus aut rogavissemus, quod velitis ~~modum~~
dare quod ville et loca iurisdictiones Castrorum per nos ~~tan~~ dilectos recomendatos
nostrum Egregium et spectabilem militem d. Tristanum de Savorgnano et fratrem
tentorum, sub iurisdictione antiqua libere stare permittentur, quia ad presentiam
nostram Nuncios aliquos non direxistis et prout in dictis vestris litteris hec et alia
plura continentur etc. Quibus intellectis vobis respondemus, quod de talibus litteris
vestris et contentis in eis, non parvam admirationem capimus et turbationem, et consi=
deramus quod si ad litteras nostras habuissetis considerationem et respectum,
non ita citius respondissetis sicut vestre littere continent aliamque responsio=
nem fecissetis. Dicitis nam ad presentiam nostram nullos Nuncios destinasse,
quod contrarium apparet, nam bis Ambaxiatores reverendissimi domini vestri Electi
Patriarche Aquilegensis eius parte et totius Patrie Forijulii fuerunt ad presen=
tiam nostram et ad Capitula per eos nostro Dominio porrecta, fecimus respon=
siones nostras iustas et rationabiles, prout non dubitamus, quod vobis retule=
runt et si hoc oblivioni tradidistis, nos memorie retinuimus, et inter alia requi=
sita per nos, dictos Ambaxiatores rogavimus ut vellent dictum d. Patriarcham
electum et vestram Comunitatem, que istius altercationis causa est, rogare quod
permitteretis villas et alia loca spectantia et pertinentia Castro Ariis et aliis locis
que dilecti nostri recommendati D. Tristanus et frater tenent et habent in
Patria Forijulii, stare et permanere secundum antiquam consuetudinem et iurisdictio=
nem suam, nam habentes Castra habere debent iurisdictiones et pertinentias suas ~~ut~~ hoc
Serenissimus Dominus Romanorum et Hungarie Rex terminavit et declaravit in treuguis

quas fecimus cum Illustri domino Federico Duce Austrie, et si dicti vestri Am-
baxiatores hanc nostram requisitionem vobis non retulerunt vel si illam
retulerunt et illam memorie non habetis vel habere non vultis, non debetis tan-
tum admirari de litteris nostris, cum bene sciamus et intelligimus quid scribimus.
Propter quod iterato deliberavimus vestras Nobilitates rogare, cum hec vobis pertineant
quatenus vobis placeat providere et cum effectu modum tenere, quod ville et loca spec-
tantia et pertinentia Castro Aries et aliis locis et Castris que habent et tenent
dicti d. Tristanus et frater permittantur sub iurisdictione dictorum Castrorum
secundum eorum antiquam iurisdictionem et consuetudinem; quod si facietis, cognoscemus vos
treugas esse dispositos observare. Si vero turbabitis villas et loca ac iurisdictiones
Castrorum predictorum, eritis dictarum treugarum fractores et necesse erit nobis pro-
videre prout honori nostro videbimus convenire.

Dat. in nostro ducali Palatio die XXX Augusti. indictione VII. MCCCCXIV

Da copia nel Vol. catastico Savorgnano fol. 268
Bibl. Civ. Udine

1414, 13 novembre. Soffumbergo.
Il Patriarca d'Aquileja Lodovico di Teck in vigore di lettera a lui diretta da Sigismondo Re de' Romani e Ungheria da Costanza nel 1414, 14 giugno, richiede i signori di Castello ad esborsare 2000 ducati per riavere il Castello di Tarcento loro confiscato per ribellione.

MS. Ongaro Verona 665, 15. pag. 292.

Giacomo Susapi notajo di Udine

Lodovicus Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha electus Dux de Deck tenore presentium notum facimus universis et singulis presentes nostras litteras inspecturis nos cum ea qua decuit reverencia recepisse litteras Serenissimi et Invictissimi Principis et DD. nostri Sixmundi Romanorum et Ungarie Regis eius vero imperiali sigillo munitas et sigillatas integro et illeso, quarum tenor talis est et sequitur in hoc verbo.

Sixmundus Dei gratia Romanorum et Ungarie Rex semper augustus et Dalmacie, Croacie etc Rex Ven.li Lodovico Patriarche Aquilegensi Principi, Consiliario et devoto nostro dilecto gratiam regiam et omne bonum. Venerabilis Princeps, consiliarie et devote dilecte, ex contracta certi debiti Nobilibus Nicolao Comiti de Prata et Simoni Comiti de Pulcinico mille ducatorum auri obligamur, de quibus ipsos ad presens comode ipsos non valuimus expedire, ideoque cogitavimus prefatos Nicolaum et Simonem per alios aptos modos et congruos facere contentos. Quia vero tue devotioni commisimus Castrum Tarcenti pro duobus millibus ducatis ad manus tuas retinendum, quod hucusque, sicut intelleximus, dictum existit, ideo devotionem tuam requirimus et hortamur attente mandantes quatenus

... MSS Ongaro 1511 ... Firenze ...

tibi ex duobus partitis unum velis elicere, videlicet, aut quod Castrum
Tarcenti pro duobus millibus ducatis ad manus tuas recipias et tercium
mille ducatorum prefato Nicolao et Simoni Comitibus pro
nobis et pro nostro debito tradas, aut a Nobilibus de Castro Porpeti
prenotati Castri Tarcenti occupatoribus duo millia ducatorum
recipiendo unum mille ducatorum pro te retineas et secundum
mille ducatorum prefato Nicolao et Simoni Comitibus pro nostro
debito persolvas, castrumque predictum Tarcenti cum suis pertinentiis
apud prefatos Nobiles de Castro Porpeti remanere facias, obsidibus
et pueris quos apud te tenes ipsorum parentibus libere restitutis; vo-
lumusque ut quum prefati Nobiles de Castro Porpeti seu alii ipsorum
tibi unum mille et prenotatis Nicolao et Simoni Comitibus aliud mille
ducatorum pro nostro debito dederint et pagaverint quod tunc, ex tunc
ipsos seu ipsum per quem seu per quos duo millia florenorum pagata
fuerint de Castro Tarcenti cum suis pertinentiis prout prius tene=
runt ~~[illegible]~~ ante quam ad manus nostras recepimus nostro nomine pacifice
tenendum et gubernandum debeas investire. Sic denique tua velit
devotio in premissis efficere quod prefato Nicolao et Simoni mille
ducatos per premissos modos pro nobis persolvantur prout gratiam nostram
caram habes. Datum Pontestura, XIV die iunii, regnorum nostrorum anno
Hungarie etc XXVIII Romanorum vero quarto.

Quibus litteris per nos sicut premittitur acceptis et intellectis, volentes
mandatis et litteris prefati Ser.mi et Invictissimi Principis et Domini
nostri gratiosissimi obedire et parere ut tenemur, requisivimus prefatos

nobiles de Castro Porgati qui dictum Castrum Tarcenti habent
et tenent ... et possident, ut nobis et dictis Nicolussio et Simoni
Comitibus dare deberent dicta duo millia ducatorum in prefatis litteris re-
giis contenta et expressata et retinere Castrum Tarcenti et rehabere
obsides eorum datos pro dicto castro vel nobis dare debeant dictum
Castrum Tarcenti et a nobis recipere duo millia ducatorum. Et facta
dicta requisitione et data copia prefate littere nobis directe per
prefatum Dominum nostrum Romanorum et Hungarie Regem, Nobiles
viri Volricus q. ser ... et Rigardus et Odoricus fratres q. ser Dagomi
de Castello nobis responderunt quod volebant et intendebant ut obedientie
filii obedire litteris Regie Maiestatis ut tenentur et nobis et dicto Ni-
colussio et Simoni Comitibus dare dicta duo millia ducatorum cum hoc quod
ipsos investire et infeudare deberemus de dicto Castro Tarcenti, iuribus
et pertinentiis suis et dictum Castrum eis libere dimittere et relaxare de-
beremus, instantes et supplicantes nobis dicti Volricus, Rigardus et Odoricus
flexis genibus ut ipsis de dicto Castro Tarcenti, iuribus, iurisdictionibus
et pertinentiis suis tamquam devoluto Regie Maiestati et sibi legiptime
..., iure recto et legalis feudi investire benignius et gratiosius dignare-
mur, attentis litteris R. M. Nos vero attendentes et considerantes lit-
teras prefati Domini nostri Romanorum et Ungarie Regis et promptam
obedientiam prefatorum Volrici, Rigardi et Odorici et ut premissis et per-
tinentiis ... in futurum eorum huiusmodi supplicationibus inclinati
coram nobis flexis genibus existentes et pro se eorumque heredibus recipientes

de dictis Castro, introitu, iurisdictionibus, colonis, masariis et perti-
nentiis suis omnibus et quibuscumque ad dictum Castrum modo
quolibet spectantibus et pertinentibus, iure recti et legalis
feudi per fimbriam nostre tunice investimus et tenore pre-
sentium investimus, salvo semper iure nostro, nostre Aqui-
leiensis Ecclesie et aliorum quorumcumque. Quibus sic peractis
dicti Ulricus, Azzardus et Odoricus in manibus nostris debitum
fidelitatis prestiterunt iuramentum quod quilibet fidelis
vasallus Domino suo in talibus prestare consuevit. Datum etc.

1414. 13 novembre. [illegible] tergo. Lettera del Patriarca ai Signori di [illegible] una lettera da lui diretta dal Re Sigismondo [illegible] nella quale il detto Re [illegible] 2.000 ducati per il castello di Tarcento, [illegible] accettando tale pagamento, i detti Signori [illegible] [illegible] del secolo XV, [illegible]

Ludovicus Dei gratia [illegible] Patriarcha [illegible] [illegible] tenore presentium [illegible] et singulis [illegible] nostras litteras inspecturis [illegible] reverentia [illegible] litteras [illegible] Principis et Domini Sigismundi Romanorum et Ungarie Regis eius vero sigillo imperiali munitas sigillatas integras et illesas quarum tenor talis est et sequitur in hec verba:

Sigismundus [illegible] Romanorum et Ungarie Rex semper Augustus et Dalmatie et Croatie etc. Ven. Ludovico Patriarche Aquilegensi Principi Consiliario et devoto nostro dilecto gratiam regiam et omne bonum. [illegible] Princeps, Consiliarie et devote dilecte. [illegible] debiti [illegible] de [illegible] et [illegible] mille ducatorum auri obligarem. De quibus usque ad presens ~~tempus~~ [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] fratrem contentos, quia tua devotio [illegible] Castrum Tarcenti ~~[illegible] contentos~~ pro duobus millibus ducatis ad manus tuas [illegible] sicut intelleximus dilatum extitit. Ideo [illegible] [illegible] mandantes quatenus [illegible] partibus unum velis eligere, videlicet aut quod Castrum Tarcenti pro duobus millibus ducatis ad manus tuas redimas et ~~[illegible]~~ tertium mille ducatorum [illegible] tibi [illegible] debito.

V

[illegible] Ungarn [illegible] Firenze [illegible]

tu infanta nobilibus de Castro Porpeti premissis Castri incontinenti numeratoribus
duo millia ducatorum, recipiendo unum mille ducatorum pro te retineas et
secundum mille ducatorum predictis Nicolao et Simoni Comitibus pro nostro debito
persolvas, restituendo predictum Castrum Tarcenti eisdem nobilibus

quod prefatos nobiles de Castro Porpeti remanere facias obedientibus

et veris mandatis tuis ipsorum parentibus libere restitutum.

Volumusque et quod prefati nobiles de Castro Porpeti cum ... florenorum
tibi unum mille et prenominato Nicolao et Simoni Comitibus
aliud mille ducatorum pro nostro debito dederint et persolverint et
quod tunc statim ipsos sine castrum per quem seu quos duo millia
floren. pagata fuerint de Castro Tarcenti ad manus nostras recipe-
remus nomine nostro sacrifice tenendum et gubernandum habeas atque
ac denique tua velit devotio in premissis efficere quod
prefato Nicolao et Simoni mille ducati pro premissis modis
pro nobis persolvant prout gratiam nostram caram habes.
Data Pontesaie, XIIII junii, regnorum nostrorum anno XX et
XXVIII Romanorum vero quarto.

Quibus litteris per nos sicut premittitur receptis et intellectis, vo-
lentes mandatis et litteris prefati Ser.mi et Invict.mi Principis et Do-
mini nostri gratiosissimi obedire ut tenemur, requirimus
prefatos nobiles de Castro Porpeti qui dictum Castrum Tarcenti habent,
tenent et possident ut nobis et dicto Nicolao et Simoni Comitibus
dare debent dictam duo millia ducatorum in prefatis litteris Regis
contenta et expressata et retinere Castrum Tarcenti et exhibere nobis
eorum datos pro dicto Castro vel nobis dare debeant dictum Castrum
Tarcenti et a nobis recipere duo millia ducatorum et facta dicta

supradicta in virtute sancte obedientie et sub penis et sententiis infrascriptis districte precipiendo mandamus
et prohibentes ne de ipsa ecclesia parochiali sancti Laurentii sic ut premittitur per nos collata
vel aliquo eius iure aliquatenus providere audeatis quomodolibet disponere vel attemptare in preiu-
dicium dicti presbiteri Fradoni et suorum sed pocius huiusmodi aliqua alienatione [illegible]
sed ipsum presbiterum Fradonum vel eius legitimum procuratorem infra sex dierum spatium a presentium
seu notificationis vobis facienda computandorum quorum sex dierum duos pro primo duos pro secundo
et reliquos duos dies vobis universis et singulis supradictis ac quorum interest vel intererit pro
tertio et peremptorio termino ac monitione canonica et trina assignamus iuxta predictarum
litterarum apostolicarum et huiusmodi nostri processus tenorem et formam ad dictam parochialem ecclesiam
sancti Laurentii de Buya et in ipsius ecclesie rectorem seu plebanum nuncupatum et admittatis
ut moris est eique tamquam vero ipsius ecclesie rectori predicto [illegible] et obedientia respondeatis
ac mandetis quantum in vobis est ad vosque et singulos vestros pertinet et faciatis de ipsius
ecclesie fructibus redditibus et proventibus iuribus et obventionibus universis integre responderi amotis
exinde quibuslibet illicitis detentoribus quos nos et auctoritate apostolica in facto [illegible] presentium tenore amovemus
presentium tenore amonemus et denunciamus amotos monemus insuper vos in forma premissa
vos dictos et singulos supradictos et generaliter omnes et singulos alios cuiuscumque status gradus
ordinis preeminentie dignitatis vel conditionis existant, auctoritate apostolica supradicta ne collato
presbitero Fradono vel eius procuratori quominus huiusmodi parochialem ecclesiam sancti Laurentii iuxta predictarum
litterarum apostolicarum et huiusmodi nostri processus tenorem cum omnibus suis pertinentiis et premissis possessionem
assequatur ac possessionem et libere valeat possidere ipsiusque fructus redditus et proventus cum integritate
percipere et sine impedimento aliquo percipere vel obtinere per vos seu alium vel alios
directe vel indirecte publice vel occulte aut impedientibus [illegible] sub premissis vel aliquo premissorum

dictis prestent consilium, auxilium vel favorem seu persistent publicant aut dent verum per eos
aliquid seu aliquos. Aliquem tamen mandantes alterum quod in recepto plebe seu porchi-
alis ecclesiam huiusmodi vel aliquid fructus premissos ad eandem nisi nostro quod vos beatitudine
seu officiale et alios quoslibet contradictores et rebelles ac impeditores ipsum presbiterum Fradonum
in aliquo super premissis vel aliquo premissorum aut impedientibus ipsum dantes auxilium,
consilium vel favorem directe vel indirecte publice vel occulte nisi in prefatam sex dierum terminum
a die sententie huiusmodi computandum a contradictione, rebellione, impedimento, consilio, auxilio et
favore huiusmodi omnino destiterint seu destiterint et nostro seu verius apostolicis mandatis
huiusmodi paruerint vel paruerint cum effectu excommunicationis sententiam in his scriptis singulos
canonica monitione premissa excommunicamus et in ipsam interdicti sententiam in his scriptis ferimus
et promulgamus. Vobis vero domino .. patriarche cui ob reverentiam vestre pontificalis dignitatis
nolumus prefatos interdicti sententias per legem si quod premissis vel eorum aliquid fecerit per vos quod
per sentimus personam directe vel indirecte publice vel occulte quovis quesito colore
de facto sex dierum canonica monitione premissa ingressum ecclesie interdicimus in his scriptis. Si
vero huiusmodi interdictum per alios sex dies prefatos sex immediate sequentes quos et
per tertio [illegible] vobis termino monitione canonica [illegible] premissa in his scriptis suspendimus
[illegible] adimentes, animo sustinueritis interdictum et suspensionis sententias per alios sex dies prefatos
duodecim immediate sequentes sub simulatis quod absit animo indurato sustinueritis vos et in vos
excommunicationis sententiam huiusmodi predicta canonica monitione premissa exco-
municationis sententiam [illegible] in his scriptis ferimus et promulgamus absolutionem omnium et singulorum prefatos
nostros sententias vel earum aliqua incurrentes quoquomodo nobis superiori vel nostris successoribus
in reservantes. Prefatos quoque litteras apostolicas iuxta morem [illegible] ponere eidem presbitero Fradono
vel eius procuratori omnino volumus remanere et nos per vos vel aliquem alium ipsum presbiterum
Fradonum vel eius procuratorem volumus quomodolibet detineri. Cetera vero facta prefatos [illegible]
prelatos [illegible] predicta canonica monitione premissa volumus subiacere. Mandamus
tamen eidem presbitero Fradono et eius procuratori vel vobis si processibus [illegible] volumus copiam fieri
de premissis nostris sumptibus et expensis [illegible] ad executionem huiusmodi negotii
qui super mandato ulterius procedenda non possumus personaliter interesse aliis arduis nostris negotiis
pluribus impediti venerabilibus et circumspectis viris dominis .. Aquilegensis et Feltrensis
et Portusnaonis Aquilegensis ac Utinensis et Cividalensis ecclesiarum Aquilegensis diocesis decanis, archidiaconis
cantoribus et prepositis necnon Iwarini Mortegliani Flambri Quadrivii Glemone
Venzoni Tricesimi S. Danielis et S. Thome plebium seu parochialium ecclesiarum plebanis
seu rectoribus .. canonicis tam cathedralium collegiatarum ecclesiarum ac presbiteris curatis et nonne

citatis et coram loca tenentibus notariisque publicis et habebantur pro citatis et monitis
allegari ac alio sub vocibus consuetis et communibus ipsorum solidum super ultimo execucione
huiusmodi mandati apostolici atque vim registri fuerint seu sunt registro tenore
presentis committimus plenarie vices nostras donec eas ad nos duxerimus revocandas,
quos omnes et singulos et eorum quemlibet auctoritate apostolica predicta presentium tenore requirimus
et monemus primo secundo et peremptorie eisque et cuilibet ipsorum in virtute sancte obediencie et
sub excommunicationis pena quam predicte canonica monitione premissa in eos et quemlibet ipsorum
a dicto fratrio Fradono ut eius procuratore super hiis fuerint requisiti seu fuerit requisitus
itaque alter alterius non expectet nec unus pro alio se excuset ad vos dominum
... patriarcham ... vicarium seu officiatem ac ad prefatam parrochialem ecclesiam
sancti Laurencii de Brya et alia loca et quando expediens fuerit personaliter accedant
seu accedat et predictas litteras apostolicas in huiusmodi processu et singula in eis contenta
vobis et cuilibet vestrum communiter et divisim et aliis quorum interest ut intimet ubi fuerit
et quociens fuerit opportunum denuncient legant publicent seu legi faciant et publi-
cari procurent. Et nichilominus dictum fratrem Fradonum ut procuratorem suum predictum eius nomine ex
eo vigore predictarum litterarum apostolicarum et huiusmodi processus tenore et continenciam ad
dictam parrochialem ecclesiam sancti Laurencii eiusque ecclesie possessionem corporalem
et quietam ac in ipsius ecclesie rectorem seu plebanum recipi faciant et admitti eumque
inductum possessionem et corporalem ut quem inducant inductumque defendant seu defendi
faciant ac eidem de ipsius parrochialis ecclesie fructibus redditibus proventibus iuribus et obvencionibus
universis integre faciant responderi amoto ab ea quolibet illicito detentore quem nos
nunc amovemus et denunciamus amotum per presentes. Et nichilominus omnia et singula nobis
in hac parte commissa prout et quam expediens fuerit plenarie exequantur iuxta traditam
seu directam a sede apostolica nobis formam. Ita quod in impedimentum dicti fratris Fradoni
ut huiusmodi se gratie nichil valeat attemptare nec processibus et sententiis per nos
latis huius atque factis absolvendo ut suspendendo aliquid innovare. Et si contingat
nos ulterius super premissis ut aliquo premissorum procedere de quo nobis potestatem
et facultatem omnimodam reservamus non intendimus per hanc commissionem nostram huiusmodi in
aliquo revocare nisi de revocatione predicta in eo aliquo processum specialis et expressa mencio
haberetur. Inquorum omnium et singulorum fidem et testimonium ac huiusmodi processus auctoritatem,
presentes litteras presentium seu processus per scribam nostrum publicum subscribi et publicari mandavimus

rum sigilli iussimus et appensione muniri. Data et lecta in sacristia Collegiate Ecclesie Sancti Marci de Utino Aquilegensis diocesis. Anno Nativitatis domini M° cccc xli° Indictione iiij die quarta Julij pontificatus sanctissimi domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti anno undecimo presentibus venerabilibus viris dominis presbitero Gerardo plebano sancti Petri de Trausio Mattheo plebano sancti Stephani Carnielico et capellanis in dicta Collegiata Ecclesia et Petro capellano et magistro dicte collegiate ecclesie et domino Andriuzzo de Villalta ac aliis testibus adhibitis et rogatis.

Et ego Simon quondam Victoris de Gelono habitator in Civitate Austrie Aquilegensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius quia predictis litterarum apostolicarum presentationi et receptioni ac execu-tioni, provisioni, collationi, inductioni et installationi ac aliis monitionibus requisitionibus, constitutionibus, processus fulminationi et mandatis omnibus et aliis et singulis suprascriptis dum sic ut premittitur agerentur, fierent una cum prenominatis testibus presens fui eaque sic fieri vidi et audivi ac propria manu scripsi et in hanc publicam formam redegi meoque signo et nomine una cum appensione sigilli prefati domini executoris apostolici consueto signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

1418, 13 luglio. Udine. Lettera dal Patr. d'Aquileja Lodovico ai Signori di Spilimbergo, sulle imprese dei Veneti in Friuli e sulla defezione de' Cividalesi

Arch. Spilimbergo in Domanins, Vol. Astori p. 56, copia

Nobilibus consortibus de Spenbergo fidelibus nostris dilectis.

Ludovicus Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha. Nobiles fideles nostri dilecti salutem et gratiam nostram. Scribitis etiam nobis de quodam cursore quem nobilis Joannes Ghreijer in itinere invenerat veniendi ad nos, vobis damus scire quod nondum aliquis cursor regie maiestatis apud nos fuit, quem timemus ne dictus cursor in manus inimicorum incidisset, quia si de partibus superioribus veniebat, quoniam campus inimicorum pro nunc in partibus superioribus situatus videlicet prope Savorgnanum apud viam aque; si autem venerit per Civitatem, iterum timemus quod non fuerit detentus. Sed nihilominus quotidie et horatim aures nostras propulsant quod gentes regie maiestatis sunt in brevi venture ad hanc nostram Patriam: misimus speciales nuncios nostros ad Dominum nostrum Regem quos etiam dietim spectamus reversos cum optatis novis. Nihilominus Magnificus Comes Goricie et D. Joannes Reychenburg iverunt ad prefatum D. Regem ut mittat gentes in hanc Patriam. Insuper cupitis scire quomodo aut qualiter Civitatenses se inimicis adheserunt, quare

vobis mittimus presentibus inclusam copiam Capitulorum
que dicti de Civitate a Dominio Venetorum petunt, ex quibus
notanter elicere et considerare poteritis notoriam rebellionem
dictorum Civitatensium factam nobis et toti Patrie Forijulii.
Similiter his diebus centum ex nostris fuerunt in via penes
Fossaceum (sic) qui dicta Capitula penes nuncium dictorum
de civitate reperierunt, que idem debebant deferre ad campum
Venetorum, qui adhuc in carceribus nostris detinentur. Ce-
terum dum totus campus inimicorum his diebus prete-
ritis locatus fuisset intra Rosatium et Cormonum, ipsi
inimici quotidie decurrebant ad Trussium et ad Cormonum,
qui omnes realiter se deffenderunt et specialiter illi de Cormono
vulneraverunt ultra trecentos, aliquos captivaverunt et etiam
quamplures interfecerunt. Fuerunt etiam ante Castrum Mar-
zani, incidendo vites et blada causa obtinendi Castrum, qui etiam
Tadeo de dicto Castro multas minas imprimebant ut ipsis Castrum
consignaret, qui se realiter deffendit, ita quod nichil obtinere
valuerunt.

Datum in castro nostro Utini die XIII mensis julii anno domini
(M)CCCCXVIIII.

1418, 31 luglio (Cividale). Deliberazione del Parlamento sulla prescrizione di possessi. —

— MS. Cogaro, Bibl. Verona, Vol. 665, 15. p. 262.

Da copia del Sec. XVI.

A. D. MCCCCXVIII, die ultimo Julii, in Parlamento quod appellationibus interpositis ad Parlamentum nullo modo currat tempus, attento tempore guerre urgentis.

Diffinitum fuit quod quilibet qui possidet aliquam rem pacifice per annum et diem in possessione sua tueatur et per sententiam deponatur si iuste non possidet, excepto quod contra D. Patriarcham, si bona sua essent sibi occupata. =

1418, 15 giugno ... Lettera di Brunoro della Scala Vicario Imperiale ... Giacomo di Valvasone, ... l'esercito ungherese ...

Spectabili viro D. Iacobo de Valvasono amico carissimo ...

... spectabilis et tamquam carissime: significo vobis me applicuisse Civitatem Austrie sospitem et incolumen die XII mensis presentis et in ea expectare exercitum Regie Maiestatis qui huc venerit usque ad ... ... dies et quo vento subito procedam ulterius cum eo ad destructionem gentis ... et profanum et exaltationem Regie Maiestatis ... et fidelium suorum. Inter quos eum ... putome ex ipsa victoria ... ... daturum quod avidissimo animo diuvim (?) expectavi. Hec ad consolationem vestram vobis significo ... omnia ... ... vobis esse. Libenter ... cum proprie ... vestrum ... vos videre, quare si fieri poterit ... ad me tunc veniatis. Valete.
Data in Civitate Austrie die XV Junii.

Brunorus de la Scala ... et ...
Imperialis ... generalis.

Dall'orig. cart. nel Vol. XCVI, 36, Coll. Concina ... S. Daniele.

... ...

Pierdi...

23 1418. 9 Settembre

= Lettera del Patr. Lodovico Duca di Teck con cui interessa una persona circa alla pacificazione di Antonio di Prampergo con Gabriele genero della persona, cui è indirizzata la lettera, diti santi abbiano, da accordarsi in Cordovado — Seguono due brani di lettera ove è indicato che Gabriele accorda usar parole convenienti e moderate, e che lo stesso Gabriele provveda al sostentamento della propria mo(glie?), altrimenti ... [illegible] la di lui cariss. Patriarca.

1418. 9 7bre

Udine

Ludovicus Dei gratia Sancte Sedis Aquilegiensis Patriarcha.

Prudens fidelis dilecte salutem et gratiam nostram. Cum nobilis fidelis noster Antonius de Prampergo coram Nobis fuisset et proposuisset super controversiam inter ipsum et Gabrielem Generum tuum vertentem; audita igitur et cognita a Nobis dicta controversia, ne periculum in loco Cordovadi durante guerra eveniat, ipsum Antonium meliori modo quo potuimus fuimus allocuti, et conclusimus in differentia dicta, quod ipse Antonius reverti debet ad locum dictum, ibique preesse pro statu ipsius loci; et pro reverentia dicti Gabrielis ad mandandum ut servetur in eo honor tam dicti Antonii quam ipsius Gabrielis, placuit Nobis et volumus a te ut prefatum Gabriellem una tecum ad Cordovadum conducas, ubi inter ipsos ambos, videlicet Antonium et Gabriellem una cum aliis quos tibi assumes, tractabis de concordio quo sic obtento, idem Gabriele tanto concordio, stare poterit in Cordovado ad duos aut tres dies, post quod ipsum tecum e converso ad locum Nostrum S.ti Viti, et ipsum post quindecim, aut saltem decem dies Cordovadum pro honore suo, ne credatur esse propter suspicionem aliquam expulsus, et omnino remittere poteris, ubi iterum stare poterit per diem et noctem non ulterius; et iterato reverti Sancto Vito, et sic ulterius successive.

Datum in Castro Nostro Utini die VIIII Septembris 1418.

Vertatur

Vedi doc.to 1413. 22. IV (59) e riassunto del processo (58).

Il Gabriele qui menzionato si può ritenere essere della famiglia dei di Fagagna di Cordovado ed essere figlio del nob. ser Giovanni, figlio di ser Gabriele, condannato a morte per aver parteggiato pei Veneziani.

Similiter volumus ut in concordio tractando eris, Generum tuum aloqui et sibi compelere debeas, ne utatur verbis ponderosis, aut que possent aliquid in contrarium importare, sed quod sit mansuetus quia non dubitamus quoniam apud prefatum Antonium obtinebis omne quod erit gratum.

Et secundum quod alias tibi intimavimus pro parte matris dicti Gabrielis, ita volumus quod adhuc et tibi committimus, quatenus dictum Gabrielem inducas, ut matri sue provideat pro sui sustentatione secundum quod debet et tenet. Alioquin si id non fiet providebimus dicte sue matri de bonis ipsius Gabrielis, ubi ea reperiemus et per tale modum secundum quod tibi adhuc nos scripsimus.

1418. 19 Settembre Udine. Il Patriarca domanda al Com. di Gemona di mandar genti in ajuto de' Conti di Prata.

13

Ludovicus Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha

Nobilibus viris Capitaneo, Consilio et Comunitati Terre Glemone fidelibus dilectis,

Nobiles ac prudentes fideles nostri dilecti salutem et gratiam nostram. Notificamus vobis quod hodie iterum recepimus quamdam litteram a magnificis Comitibus Prate nostris fidelibus dilectis, quod inimici circumquaque castrametati sunt Portum Bufaletum ex utraque parte et quod inimici non sunt plures quam mille equites et mille pedites, quorum una pars ab una et alia pars ab alia parte sunt locati, et invocant predicti nostri Fideles nostrum succursum scribentes quod gentibus Patrie congregatis facile erit ipsis inimicis dare conflictum et conservare locum predictum aliaque loca vicina. Quapropter vos requirimus sub debito et obedientia qua astricti obligatique estis Serenissimo domino nostro Romanorum etc Regi nostre Ecclesie Aquilegensi toti Patrie ac nobis et vobis districtius precipiendo mandamus quatenus secundum extremum vestrum posse ordinem et modum detis et in prompto apparatu tam equestres quam pedestres vestros quoscunque et quantoscunque potestis aptetis et disponatis ut una cum gentibus Magnificorum Comitum Goricie qui etiam omnem suam potentiam ad hoc aptare volunt ac cum aliis fidelibus Patrie predictum campum et inimicorum exercitum repellere valeamus in conservationem et protectionem predicti loci Portusbuffoleti aliorumque locorum vicinorum, ad quod promptos et voluntarios, ut speramus, vos reperiemus, quoniam istud cedet in honorem Regie Maiestatis ac commendationem vestrarum Fidelitatum. Si vero vos negligentes, quod absit, in isto comprehenderemus, idipsum ex debito nostre fidelitatis ad Regiam Maiestatem

vos deferre oporteret, qui talem inobedientiam ac negligentiam in magnum dedecus et contemptum sue reputabit Regie Maiestatis nostreque Ecclesie Aquilegensis. Volumus insuper quod vestra per scripta, de clara vestra intentione in hiis faciendis per responsionem talem nos certificare debeatis.

Datum in castro nostro Utini die XIX mensis Septembris. Anno MCCCXVIII

Orig. Arch. Com. Gemona

An. 1418. „Brunoro dalla Scala Signor di Verona notifica agli Udinesi, com'egli è
12. 7bre.
„ giunto in Cividal di Friuli, e che Sigismondo Re de' Romani, e
„ d'Ungheria in breve arriverà anch'esso in loro soccorso con forte
„ esercito. ex autogr. quod asservatur in Tabular. Civit. Utini.

3

Magnifici egregiique domini amici perhonorandi. Pridie vestras ad meas responsivas gratanter recepi litteras, quibus clare intellectis vestris egregiis harum serie duxi significandum magnificentiis, quod viarum discriminibus in hac Patria in presentiarum vigentibus per me perpensatis, ut secure valeam mihi a Serenissimo communi nostro Domino Rege Romanorum, et Ungarie etc. imposita sicuti affecto executioni mandare deliberavi alio tuto itinere dirigere gressus meos, ex quo vestrarum gentium per me postulata non indigeo scorta, vestris nihilominus egregiis nobilitatibus summe regratians de liberali ipsius scorte oblationes, cum perinde gratum habuerim, ac si ea opportunitate acceptassem. Desiderabam enim valde pro vestra et totius hujus Patrie consolatione, prelibati domini nostri Regis oretenus certificasse. Cum igitur occasione prefacta meum per terram vestram iter non existat, preclaris Nobilitatibus vestris notifico, quod indubie, sicut Deus est Deus, memoratus Dominus noster Rex cum equis, ac aliis infinitis armigeris est in itinere versus has partes veniendo, qui circa festum S. Michaelis proximum hanc verisimiliter, procul dubio manu forti attinget Patriam, de quo minime fallor. Exultamini igitur, et vestre commendande constantie et fidelitatis fimbrias viriliter extendite alios compatriotas vestros ortando, aliaque, prout vestris prudentibus magnificentiis visum fuerit operando. Memoratus autem Dominus noster Rex me ipsum ob bonam causam precedere voluit, que vobis in brevi non sine ingenti patefiet consolatione. Ceterum cujus gerulum familiarem meum ultra Tulmentum pro nonnullis statum prefati D. nostri Regis, et hujus Patrie concernentibus transmitto, vestras solita fiducia deprecans amicitias, quatenus velitis sibi de aliquo Duce usque ad Speginbergum providere, ut valeat incolumis exequi sibi per me

commissa. Paratus ad quaque vobis grata pro posse. Datum in Civitate Austrie die XXII. Septembris

Brunorius de la Scala Verone et Vincentie &c. Imperialis Vicarius Generalis.

A tergo.

Magnificis egregiisque Dominis.... Capitaneo, decem Deputatis ad Regimen, Consilio et Communi Terre Utini amicis honorandis —

1418. 24 Settembre. Udine

(Cop.) Nobilibus et prudentibus Gastaldioni, Consilio et Comuni terre nostre Sancti Danielis fidelibus nostris dilectis

Ludovicus dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha

15

Nobiles et prudentes fideles nostri dilecti, salutem et graciam nostram. Quemadmodum fidelitatibus vestris alias scripsimus in litteris nostris vos requirentes ut saltem XXV pedites vestros transmittere deberetis citra Tulmentum pro succursu locorum nostrorum supra quibus nobis responsum in litteris vestris denotastis avisantes nos quomodo paucis diebus transactis, misistis certos balisterios pro succursu Portus Buffoleti, quare nobis supplicatis ut vos excusatos dignaremur habere. Fidelitatibus vestris scire damus quod satis libenti animo vos in predictis supportatos haberemus quod tamen ad presens facere non possumus, attento quod inimici nostri cum exercitu Pratam se castramentaverunt et cum dictus locus sit nimis amplus indigens magno succursu et defensione et pro tanto dictus locus de facili pervenire posset ad manus inimicorum si ipsum non daretur succursus. Quare modo misimus certos nostros equites prefatis de Prata in succursum et adhuc continue et successive ipsi mittere intendimus. Fidelitates igitur vestras requirimus hortantes vos ut adhuc ictos XXV pedites subito et visis presentibus in succursum prefatis de Prata transmittatis, in hoc nobis complacenciam omnimodam ostendetis. Data in Castro nostro Utini die XXIIII Septembris anno MCCCCXVIII.

C. Coll. Concina in S. Daniele Vol. I fol. 5

non ti scrivo niente! Desidero ... a sapere come, ...

1418, 24 Settembre Udine. Il Patriarca d'Aquileja chiede 25 fanti al Comune di S. Daniele per soccorrere l'ira ...

Nobilibus et prudentibus ... Castaldioni, Consilio et Comuni Terre nostre Sancti Danielis fidelibus nostris dilectis (a tergo).

Nobiles et prudentes fideles nostri dilecti salutem et gratiam nostram. Quemadmodum fidelitatibus vestris alias scripsimus in litteris nostris vos requirentes ut saltem XXV pedites vestros transmittere deberetis citra Tulmentum pro succursu locorum nostrorum, supra quibus nobis responsum in litteris vestris denotastis avisando nos quod paucis diebus transactis misistis certos balistarios in succursu Portusbuffoleti, quare nobis supplicatis, ut vos excusatos dignaremur habere fidelitatibus vestris scire damus quod satis libenti animo vos in predictis supportatos haberemus quod tamen ad presens facere non possumus, attento quod inimici nostri iam circa Pratam se castrametaverunt et cum dictus locus sit nimis amplus, indigens magno succursu: quare modo misimus certos nostros Equites prefatis de Prata in succursum et adhuc continue et successive ipsis mittere intendimus. Fidelitates igitur vestras requirimus, hortantes vos ut adhuc dictos XXV pedites subito et visis presentibus in succursum prefatorum de Prata transmittatis in hoc nobis complacenciam omnimodam ostendentes. Data in Castro nostro Utini die XXIIII mensis Septembris anno Mill. CCCC. XVIII

Dall'orig. cartaceo nel Vol. I, 5, Colleg. Concina in S. Daniele.

non li scrivo niente! Desidero assai a sapere come ...

{1418} 26 Settembre. Orvieto [illegible] — Martino V [illegible]
[illegible]
[illegible] della Religione.

[illegible]

[illegible] S. Cassiano [illegible]

[illegible]

non le scrivo niente ! Desidero [illegible] a saper come [illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Petersburg [illegible]
[illegible]
[illegible]

2 1418. 17 Novembre. Udine.

tergo { Prudentibus viris Gastaldioni, Consilio et Comunitati
terre nostre Sancti Danielis fidelibus dilectis

Ludovicus Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha

Prudentes fideles dilecti salutem et gratiam nostram. Recepimus litteras a dominis Comitibus Prata et Porcilliis quod inimici conantur venire ad damna nostra et fidelium nostrorum et pro tanto harum tenore vos requirimus et vobis mandamus ut stipendiariis vestris in Prata existentibus mandare velitis et debeatis ut non recedant sed ibidem permaneant ne aliquod damnum recipiamus quem aliosque etiam illuc transmittere intendimus et mandavimus eis etiam ut non recedant.

Datum in castro nostro Utini die XVII mensis Novembris M.CCCC XVIII

Ambasiatores Venetorum in ista septimana debent ire ad Invictissimum dominum nostrum Romanorum Regem, sitis avisati ut vos et Terram vestram bene paratam ad custodiam inveniant et eis honorem et reverentiam exibeatis, quia de mandato domini nostri Romanorum Regis eis fecimus salvumconductum.

Orig. cart. ~~Arch.~~ Arch. Comm. di San Daniele Vol. LXXXIV.

non ti scrivo niente! Desidero assai a saper come ...

1.

Te...

...

Post...

mini...

capti...

ot in...

no...

hat ...

...

In a...

bon...

Sent...

temp...

Dato...

1418. 25 Novembre. Venzone.

te190 Prudentibus viris Consilio Communis Sancti Danielis amicis tamquam fratribus carissimis

Prudentes amici carissimi: Significatum et conquestum est per aliquos concives nostros ex stantia Capitanei de Ospèo, quomodo aliqui de nostris fuerunt decepti credentes inimicos nostros esse ambasiatores Dominii venturos, sub qua confidentia fuerunt capti isti ambasiatoribus ducalis Domini, quod quidem videtur ipsis fore molestum et intendunt cum litteris ipsorum retractare sic factum, sed dicunt quod expedit nos significetur eis quomodo accidenit et quot capti fuerunt et nominatim qui sunt et ideircho vestras amicitias avisamus ut omnia per aliquem nuncium ... predictus quantum potestis hec conscribatis, quod si hic erunt bene quidem sin alios insequetur eos ambasiatores, quam diu ipsos inveniet dum habeant bonam voluntatem et hec scribimus vobis et significamus cum amicitia singulari sicut nobis a vobis (sic) speramus in omnibus fieri. Nuncio propter discriminosa tempora et nocturna dedimus libras tres soldorum quem cum dificultate invenimus. Data XXV novembris ind. XI. hora secunda noctis.

Camerarius, septem Deputati Communis Terre Vergoni cum salutatione.

Orig. Cart. Arch. Com. di S. Daniele, Vol. LXXXIV

non li scrive niente. Desidero assai a ... ... in ...

1418, 15 decembre. Mantova. Lettera di Pp. Martino V al Patriarca d'Aquileja Lodovico a favore di ~~Giac.~~ Canonico di Cividale catturato in Ostro —

UB. Veron. cod. 15 pag. 109.

a tergo: Ven[li] fratri Ludovico Patriarche Aquilegensi.

~~p. 109.~~

Martinus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Ludovico Patriarche Aquilegensi salutem et apostolicam benedictionem. Non absque mentis nostre displicentia nuper accepimus dilectum filium Jacobum Nicolai de Utino canonicum Civitatensem ac familiarem ven[lis] fratris nostri Antonii Concordiensis Episcopi et litterarum apostolicarum registratoris ~~[illegible]~~ qui de partibus illis pro consecutione iurium suorum supra quodam beneficio ad ipsum ut asseritur de iure spectante, huc ad Romanam Curiam accedebat a nonnullis familiaribus ac satellitibus armigerisque tuis in itinere fuisse interceptum ac spoliatum et sic captum et spoliatum vinctumque ad Castrum Ovor, Aquilegensis Diocesis per satellites, armigeros et familiares ductum ac in fundo turris horribilibus carceribus et compedibus ferreis gravissimis inhumaniter detrusum contra debitum rationis ac processus apostolicos et canonicos sanctiones in maximum prefati Jacobi preiudicium et suorum iurium et iacturam et ~~ipsum~~ quem per processus et ~~sententias~~ apostolice sedis et sanctiones huiusmodi, capientes, spoliantes et detineates seu mutilantes venientes ad ipsam Curiam seu recedentes ab ea, censuris et penis spiritualibus et temporalibus gravissime etiam excomunicationis, suspensionis et interdicti ac privationis et aliis percelluntur et ad debitum tue fraternitatis et famam spectare noscatur Ecclesias Ecclesiasticasque personas, iura et bona eorum contra iustitiam non offendere sed tutari pro iuribus nostraque interfuit, sic captis, spoliatis et oppressis indebite opportunis presidiis ut liberarentur ac restituantur eorum pristine libertati cum bonis et rebus sublatis quibuscumque assistere modis omnibus et favere. Sicut eandem fraternitatem tuam de qua in his et aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus

non li jerivo niente. Desidero tuttavia a parere vostro sa Lud...

paternis affectibus requirimus et hortamur in Domino, eidem nihi-
lominus iniungentes quatenus pro honore et debito tuis cultuque
iustitie velit et debeat mora et occasionibus quibuscumque depo-
sitis prefatum Iacobum facere celeriter relaxari cum rebus ac
tionis huiusmodi restitui plenarie ac pristine libertati, ipsumque nihilo-
minus circa prosecutionem ac consecutionem beneficii ac iurium pre-
dictorum piis favoribus ac presidiis confovere ut eius mediantibus illa
consequi valeat et pacifice, ut suadente iustitia possidere, amoto
exinde quolibet illicito detentore. Si autem in premissis contraveniri,
quod non arbitramur, emergeret, cum singulis omnibus in iustitia debito-
res denegare nulla ratione possemus, quominus procederetur ad execu-
tionem penarum in processibus, sententiis et sanctionibus huiusmodi
tam spiritualium quam temporalium contentarum.

Datum Mantue XVII Kal. decembris, pontificatus nostri anno primo

de curia
[illegible]

Copia di mano del notaio Jacopo di Antonio Scarpo
Tonesimo.

5 ... ... ore. Sacile

Reverendissimo in Christo patri et domino d. Hendrico Dei gratia Episcopo Concordiensi ac egregiis nobilibus dominis Paulo Glovicer, Federico Wetterstetten honorabilibus Locumtenentibus maioribus honorandis.

21

Reverende in Christo pater ac egregii Nobiles maiores honorandi. Nuperrime et die instanti recepi litteras Illustrissimi principis ac reverendissimi in Christo patris et domini domini mei d. Patriarche cum certis poliziis introclusis, quas plene intellexi. Et cum nova de presenti occurrant ... eo quia illi de Curdignano videlicet homines terre se liberaliter concordaverunt cum inim... et introytum eisdem dederunt die instanti hora vigesima, licet Bohemi qui in Rocha sunt, se adhuc adhuc retineant quamvis tempus dilatare non possint cum circhum circha affidiati sunt, quo conflicto sine tardacione aut Canipa aut Sacilum sed potius Sacilum quam Canipam ipsum expecto ut plenam habeo informationem. Ideo si honorem et statum Illustrissimi principis ac prefati reverendissimi domini Patriarche diligitis sine tardatione velitis et dignemini providere de opportuno succursu exoro quia scio quid dico et scio quid dico et scio quid dico etc. Vigilate et estote provisi requirere et providere de fidelibus servitoribus prefati domini mei domini Patriarche videlicet de Fagarea, de Sancto Daniele et de aliis de ultra Tulmentum de quibus vobis omnibus satis notorium est esse ... et ipsos huc mittere sine mora velitis et dignemini, michi per latorem presenciam rescribere sine tardacione et eidem celerem expedicionem tradere ut sim provisus. Insuper cum opiniones hominum huius terre presenciam varias et me hic inhermem reperiam victualibus et aliis necessariis ad castrum diruptum et sine ulla munitione de modo fulcitum quod videre meo penitus caditurus est in destructionem huius terre Sacili. Data Sacili die primo decembris.

Christoforus de Chucanea ad partem Sacili et Illustrissimi principis et d. d. Lodovico Dei gratia Sancte sedis Apostolice ... Patriarche Locumtenensis et provisor cum recomendacione

... cart. Coll. Comuna in S. Daniele Vol. I fol. 4.

nove li scrivo niente! Desidero assai a saincti coviso ... Zucca

1419 Obiit Nob. Bellmedic q. [illegible]

[illegible] [illegible]

[illegible] Fran[illegible]

[illegible]

[illegible]

1419. 11 Gennajo. Feltre

22

1490 / Illustri Principi Reverendissimoque in Christo patri et domino
D. Ludovico sancte sedis Aquilegensis dignissimo Patriarche maiori
ceu patri precollendissimo

Illustris Princeps ac Reverendissime pater vestre dominationi significamus
quod exercitus Venetorum castrametatus est per miliare iuxta Civitatem
Feltri, in quo fertur esse equites VIII centum, pedites vero tres mille quos nulla via
mundi repellere possimus nisi vestri brachii patrocinium accedat, ea propter rati [illegible] et cer-
tissimos nos reddentes quod vestra dominatio constantissima amatrix honoris et status Sacre
Regie Maiestatis non minus retrahetur a conservacione eorundem ac Civitatem et [illegible]
[illegible] Maiestatis obtemperancium dicioni quantum nosmet vestre prefate dominationi
his quibus valemus precibus instantissime supplicamus ut abscisa mora quacumque nobis velitis
et placeat transmittere equites sex centum vel quotquot potestis ad exercita (exercitia)
bellica paratos, quod si feceritis ut in vestram dominationem plenissimam gerimus
considerationem speramus Deo auspice ac gloriosissimo martire Victore protectore huius ~~[illegible]~~
Feltrensis Civitatis hoc vestro subsidio mediante dictum exercitum repellere
et ad totalem confusionem detrudere cum ipsius maximo dedecore et iactura ut
alias fecimus de exercitu conducto in vallem hanc ~~per~~ per Rugerium de Perusio et Grassum
de Vinegia capitaneos infelices qui verecundissime fugierunt derelictis turbis suis in morte et
captivitate totali. Et hoc speramus indubie quia dicti exercitus gentes male in ordine
et male armate et presertim turbe pedestres, quarum magna pars est rusticorum qui
subito in confusione ponentur et vestre gentes ad hanc reportandam victoriam de inimicis nobis
transmisse cito redibunt ad dominationem vestram ferentes cum maximo gaudio optima spolia
ab inimicis accepta; aliquin vestro subsidio deficiente, quod non credimus, nescimus videre modum
quo Civitatem, personas et bona aliqualiter tueri et conservare valemus et sic prefate Cesaree

non li scrivo niente. Desidero [illegible] a saver come [illegible]

Maiestatis honor et status maximum ex hoc dedecus et iacturam incurret, quod non credimus fore de prefate vestre dominationis benignissima intentione
Ubi datum propere die XI Januarii 1419

Rodulfus de Bege pro sacro romano imperio Civitatum Feltri et Beluni ac totius vallis imperialis vicarius generalis. Lodovicus legum doctor vicariusque et rector civitatis et districtus Feltri. Consilium et communitas civitatis eiusdem.

Orig. cart. Arch. Com. di S. Daniele. Vol. LXX 11

1419. 12 Gennajo. Udine. Il Patriarca scrive al Comune di Cividale sulla rottura delle trattative di pace coi Veneziani e sulla necessità di spingere la guerra contro questi.

Ludovicus Dei gratia sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha

Nobilibus et prudentibus viris capitaneo, Provisoribus, consilio et comunitati Terre nostre Glemone fidelibus nostris dilectis

Nobiles et prudentes fideles nostri dilecti salutem et gratiam nostram. Cum noviter invictissimus dominus noster Romanorum Rex, magne Consiliarii sui parte dissolverint conventiones que per Ambasiatores Venetos nuperius quesite fuerunt habentes plenum mandatum et inter illos nec pax nec proro= gatio fuerit conclusa, que tamen per dictum dominum nostrum Regem .... defue= rit adhibita per Venetos emendacione atque satisfactione condigna, que Veneti refici penitus refutaverunt. Ob quod dictus Dominus noster motus iusta causa eisdem Venetis modo intendit gravissimam guerram, quam ipsi Veneti sentientes, se fortificant et querunt iterum subjugare sibi loca nostra Aquilegensis Ecclesie sive per potentiam sive calliditatem et cum principaliter timenda sint loca nostra exercitui Venetorum in quam moveri merito debebimus ad suffragia mittenda accellerare, tum propter mandatum nostrum, tum ex debito ad quod tenemur, tum etiam propter propinquitatem inimicorum dilectis nostris ultra Tulmentum, et maxime considerato quod ab hac parte non sint inimici tante potencie quod possent nostra loca superare citra Tulmentum, quoniam et nos tantas gentes nobiscum habebimus quibus contraire possimus. Quare considerantes pericula que locis nostris ultra Tulmentum adiacent, Fidelitates vestras commo= nemus, requirimus et districte precipiendo mandamus quatenus Taleam vestram ad quam tenemini in peditibus Sociluan in subsidium indilate et visis presentibus transmettere debeatis. Quod si feceritis, facietis debitum in quo tenemini; si vero non prestabitis debitum vestrum fecisse et in locis opportunis, non poterimus

nou li scrive niente! Desidero di ... a ... ... Zu...

cum honore deficere quin profiteamur nos excusationem et negligentiam vestram accusare, quamquam inviti id faciemus, debebimus.

Datum in castro nostro Utini die XII Januarii anno MCCCCXIX.

Orig. Arch. Com. Gemona

1419. 20 Gennajo. Udine: Il Patriarca scrive al Comune di Gemona di mandar genti al soccorso di Feltre

24

Ludovicus Dei gratia S. sedis Aquilegensis Patriarcha
Nobilibus et prudentibus viris Capitaneo, Provisoribus, Consilio et Comunitati Terre nostre Glemone fidelibus nostris dilectis.

Nobiles et prudentes fideles nostri dilecti salutem et gratiam nostram. Vobis presentibus inclusam mittimus quandam copiam litterarum de Feltrensi civitate nobis missarum, ut occurrencia percipiamus, ad quas nos dispositionis velle possibilitatem exhibere tam in gentibus tam equestribus quam pedestribus. Quocirca fidelitates vestras requirimus vobis mandantes ut tam ob reverentiam Sacri Romani Imperii quam honorem nostrum et statum Patrie, gentes vestras tam equestres quam pedestres nobis, visis presentibus, transmittatis, ut tam cum vestris quam cum aliis nostris gentibus, inimicis in Valle Feltrensi existentibus occurrere et passus ... exitus precludere et ipsis conflictum dare tutius possimus ut per huiusmodi conflictum quem fata nobis presentantur esse iniendum una vice, perveniamus ad tranquillitatem quod faciliter possumus ad presens exequi faciendum, itaque sicut statum Sacri Romani Imperii ac proprium diligitis. Et quidquid in hiis facturi estis nobis rescribatis.

Datum in castro nostro Utini die XX Ianuarii MCCCCXIX

Orig. Arch. Com. Gemona.

nova li scrivo niente. Desidero assai a parere come ha ...

1419. 31 Gennajo. Udine. Il Patriarca scrive al comune di Gemona di incorrere Porcia.

[illegible] Nobilibus et prudentibus viris Capitaneo, Provisoribus, Consilio et Comunitati Terre nostre Glemone fidelibus nostris dilectis.

Prudentes fideles nostri dilecti salutem et gratiam nostram. Nisi nunc recepimus litteras nobilium fidelium nostrorum Federici et Possdomini Comitum Purliliarum qui nobis scribunt quod campus Venetorum se fortificat et accepit de territoriis ipsorum de quamlibet banderam xx pedites ut ab amicis suis percepunt exercitus ire intendit ultra Liquentiam ad Purcilias cumque usque modo dicti de Purcileis habere non potuerunt a nobis subsidium nisi litteris, affectamus ipsis nunc incurrere. Sed cum ad presens pedites tam subito habere non possimus quos in succursu mitteremus, Fidelitatibus vestris committimus et mandamus districte quatenus Taleam vestram in peditibus subito nobis mittatis, quos incessanter destinabimus ad dictum locum Purciliarum ad hoc ut in defensionem dicti loci, aut si inimici dicti ire vellent Avianum et Ptatam aut Sacilum eisdem succurrere poterunt, quoniam equites quos habemus illuc mitteremus sed ibi habere non affectant equites et quia apud nos retinemus dictos equites ne inimici de Augis exerceant voluntatem ipsorum contra Civitatenses Utinenses aut partes montanas ut saltem interim hac parte seminari possit pro futuris temporibus, nisi, quod absit, non veletis dirigere Taleam vestram, cogeremus equites nostros, quos ob causam premissam tenemur mittere ad loca suprascripta postea etiam provisionem premissam ymo si facta se dirigerent ab hac parte sic tuemur posse; et quidquid in premissis facere velitis nobis studeatis indilate nunciare.

Datum in castro nostro Utini die ultima mensis Januarii anno MCCCCXIX

Orig. Arch. Com. Gemona

non li scrive niente! Desidero l'hai a saver come [illegible]

Seconda dedizione ai Veneti dei Polcenigo

(La 1a Vegasi nel Tomo 19 pag 40 dei documenti Verci Marca Trevigiana)

26

1425. 10 Maggio. Ducale di Franco Foscari di conferma ai Nobb. di Polcenigo, Simone, Vicardo, Franco, Moise, Mainardo e d'altri dei Capitoli di dedizione, stipulati come segue:

1419. die 7 Februarii Ind.e Tertiadecima.

Essendo li Mag.ci e possenti Sig. M Filippo de Arcelli Co. di Valtidona governatore e M. Zuan Marcello e M Andrea Zulian Prov.i dell'esercito della Ser.ma Dogal Sig.a di Veniesia, e in Campo e contra al Castel de Polcenigo, li Zentilomeni e l'altri massari del d.o Castello cum la Zente del dito esercito e vedendo e cognoscendo li diti Zentilomeni e Massari del dito Castello non poter resister alle forze e potentia del dito esercito. Veneno alli infrascriti patti, promission e capitoli cum li soprascritti Mag.ci M lo Governadore e Provededori ricevendi in nome de la dita Signoria, zoè

In prima promesseno li infrascriti Zentilomeni de Polcenigo zoe M Simon e S. Vicardo e Franco, Alovise, e Mainardo e zascadun in solidum per lor proprio nome e vice nome de i altri Zentilomeni de Polcenigo per liquali de rato promissero d'esser da mo inanti fidel servitori et obedienti a la dita Ser.ma Dogal Sig.a e far guerra e pase et aver ~~...~~ amici per amici et nemici per nemici a volontà et comandamento d'esta Ser.ma Signoria.

Item a fede e sigurtà promesseno che li homeni sub.ti de Polcenigo farano el debito zuramento de fedeltà et obedientia a la dita Ser.ma Sig.a in nelle man de li d.ti Mag.ci M lo Governador e Provededori ad ogni lor comandamento e richiesta.

Item promesseno li soprascritti zentilhomini a li diti Mag.ci Governador e Provededori ricevendi in vice et nome per la dita Ser.ma Sig.a de dar, favorir adjutorio, recetto e intrada a zaschaduna zente de la dita Sig.a Ser.ma e far ogni altra fation al presente e per ogni tempo segondo fano e son tegnudi de far i altri fedel servitori

non li scrive niente! Desidero assai a saver como

i sudditi de la Nostra Sig.ª

Item che per più osservantia de le dite cosse, promettevano li soprascritti Zentilhomeni de Polcenigo a li diti Mag.ci Governador e Provededori dar Ostasi lor fioli legitimi e naturali over altri ostasi a satisfation e comandamento de la dita Ser.ma Signoria, e li diti Ostasi seguire in Veniesia, in Trivisan, in Coneian o in Sacilo dove la dita Sig.ª piaserà.

Item perchè li diti Zentilhomeni son pentidi se mai in cossa alcuna avessero fatto contro la dita Ser.ma Sig.ª e son disposti ad esser a essa fedelissimi servitori promettono quelli e ciascadun di essi in solidum che non ostante li soprascritti ed infrascritti capitoli, che faranno più e meno in tutto e per tutto cum l'aver e persone quello che la dita Ser.ma Sig.ª li comanderà.

E d'altra parte li diti Mag.ci Gov. e Prov.ri in vice e nome della dita Ser.ma Sig.ª e per essa, confisi de la benignità e misericordia inestimabile d'essa Sig.ª la qual la salute, e non la morte desidera di peccatori, promettevano a li diti Zentilhomeni de Polcenigo e a zascadun d'essi che la dita Ser.ma Sig.ª li perdonerà ogni falanza e che per quelli Zentilhomeni fosse per fin mo fata, comissa contra la dita Ser.ma Sig.ª, quantunca ben gravissima fosse, e specialmente di non aver osservate certe promission per li diti Zentilhomeni e fate alla dita Sig.ª per lo tempo passà.

Item promettevano li diti Mag.ci Gov. e Prov.ri nomine quo supra a li diti Zentilhomeni che la dita Ser.ma Sig.ª li lasserà star in Casa lor in el dito luogo e goldere e possidere loro ben etiandio se in altro luogo sottoposti alla Sig.ª l'avessero con tutte loro rason e jurisdition.

Item promettono i Mag.ci Gov. e Prov.ri a li diti Zentilhomeni che la dita Ser.ma Sig.ª ad ogni lor guerra e bisogno li ajuterà e defenderà siccome li a loro so fedel e leal servitori.

Item promettono i ditti Mag.ci Gov. e Prov.ri ali sora scritti Zenthilomeni che in caso la ditta Ser.ma Sig.a di Venesia negiusse ad alcuno accordo cum chi è cason de guerra in questa Patria, come che in quel termine romagnerà Cividal, Sacil, Caneva, e Porcilie la ditta Ser.ma Sig.a lassarà e romagnerà i ditti Zenthilomeni con el ditto Castello.

Item promettono i ditti Mag.ci Gov. e Prov.ri far ali ditti Zenthilomeni fare pleno condutto e per tutti forastieri che possa andar dove le piase cum lor cosse in termine de do dì.

Item promettono i ditti Mag.ci Gov. e Prov.i a li ditti Zenthilomeni de dar licentia che i possa andare notificar la loro dispositione a tenor de' presenti Capitoli, come anco e li altri lor Consorti de Fanna.

Item promettono li ditti Mag.ci Gov. e Prov.ri a li ditti Zenthilomeni de Polcenigo che scriveranno et suppliche ranno la ditta Ser.ma Sig.a che se degna conceder che li ditti altri lor consorti de Fanna, anzi che sia ribelli alla ditta Ser.ma Sig.a e contrari, possano fruttar i loro beni che anno in el terren de Polcenigo acciochè i ditti Zenthilomeni de Polcenigo e converso possano fruttar i loro beni ch' hanno in Fanna, e che la ditta Ser.ma Sig.a sia benigna, che sperano ne compiacerà.

I quali patti e promission sorascritte promettono i ditti Zenthilomeni de Polcenigo a li ditti Mag.ci Gov. e Prov.ri recipienti vice, nomine per la ditta Ser.ma Sig.a e conversa una parte all'altra attender ed osservar liberamente e senza fraude et a bona fede sotto pena, e a pena de tutti lor beni, e rebellion e tradimento.

Tratta dal MSS.o 1777 di Ant.o Pizzontini di Polcenigo, che contiene estratti di autori che fanno menzione dei Nobb. di Polcenigo.

non li scrivo niente! Desidero assai a saver como ... Zu...

[illegible]

1419, 27 febbraio Pordenone. Il Consiglio di Pordenone promette ... a ... che ... i ambasciatori mandati al Ill.mo Duca d'Austria se a caso fossero fatti prigionieri.

1419 Giacomo ... Zamp. di Pordenone. ...

A. D. 1419, ind. XII die XXVII mensis Februarii, actum Portusnaone sub lobia Comunis in Consilio coram honorabili viro ser Antonio de Belchulis honorabili Potestate Portusnaonis, deliberatum fuit per totum Consilium nemine discrepante, quod si casus esset quod Deus avertat ser Zamp. ... notarius et ser Georgius ... qui ... ad Ill.mum Principem D. Ducem ... nostrum, quod Communitas teneatur exigere ipsos suis sumptibus et expensis, presentibus D. Georgio ... licentiato et ser Martino Laute et quampluribus aliis.

Cumque vobis alias scripserim in litteris meis hortando vos ut si contingeret exercitum hostilem citra Tulmentum venire versus hanc Terram Utini, quod tunc nobis posse gentium vestrarum in subsidium transmitteretis, nunc vobis significo qualiter in hac nocte preterita michi et huic Comunitati Utinensi pro certo extitit intimatum quod campus seu exercitus inimicorum infallibiliter hodie aut cras citra Tulmentum versus hanc Terram venire debet et se ponere in obsidionem ipsius Terre incendendo et secando blada circumcirca, propterquod amicicias vestras hortor ymo quantum expedit vobis auctoritate michi commissa districte committo et mando quatenus posse gentium vestrarum nobis subito et visis presentibus in subsidium transmittatis, ut mediante vestro subsidio nos ab ipsis inimicis viriliter defendere valeamus et manutenere statum et honorem Reverendissimi domini Patriarche et libertatem Patrie, cum sine debeatis quod salva hac Terra, vos salvi stabitis, facientes itaque uti statum et honorem prefati domini nostri [illegible] dilligatis et amatis et vestrum proprium.

Datum in Castro Utini die XXIV mensis Maij anno MCCCCXX

Fridericus Wetterstetten pro Rev.mo d. Patriarcha Aquilegensi Generalis Locumtenens Patrie Forijulii

Orig. Arch. Com.le Gemonen

se et fratres, et Consortes suos pro quibus omnibus tam fratib

1420 26 maggio [illegible]
e [illegible]

In Christi Noīe Am. Anno Nats Eiusdem
MCDXX [illegible]

1420. 26 Maggio - Cividale - Pace e colleganza tra Venezia ed i nobb. d'Attems Nicolò d° La barba ed Asquino figlio di Ermanno, i nobb. di Zucco e nobb. di Partistagno per mezzo del March. Taddeo d'Este capitano de' Veneti.
= Copia antica =
(Veggasi Guelmi Storia degli Attems Nota N 65)

Nicolao de Lovris — Adamo de [illegible]
Andrea de Brandis — Symon. Jo: Antony
Guielmo Liupoldis — Virgilio d° Virgilys
Jacobo de Costantis — Misso Antonij, et
Franzisco d° Borty —
His oibus Civibus et habitantibus Civitatis Austriæ, prœd.ᵗⁱ Testibus ad infrascripta Vocatis, et rogatis, et alys in multitudinem magnam.

Ad Laudem Omnipotentis Dei, et Beatæ Mariæ Virg.ˢ eius Matris Gloriosæ, et Beati Marci Evangelistæ — Mag.ᶜᵘˢ et Strenuus et Generosus Vir Dnus Thadeus Marchio Estensis gentium Armigerorum et Pedestrium pro Ser.ᵐⁱ et Ex.ᵐⁱ Duc. Dom.ⁱ Venetiæ in Pna Fori Julij Militantium Caput, et Gubernator, [illegible] auctoritate et [illegible], ut appeut in hac parte a prefato Dominio Auctoritate sibi agens videbar, et vice Prelibati Excelsi et Inclyti Ducalis Dominy Venetiarum; — et Nobb. et Egregij Viri Dnus Nicolaus dito Lo Berzeba, et Pasqualinus d° Attimis pro se, et eorum fratres, et Consortes Castri Superioris, et Inferioris Petrus de Zucco pro se et Consortes suos, et Henricus d° Partistagno pro se et fratres, et Consortes suos pro quibus omnibus tam fratribus

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

1420 20 maggio ... e 2° ...

In Christi Nõie Am. Anno Natis Eiusdem
MCDXX Ind.e XIII. die
Domin.e 26 Men.s May.

Actum in Austria in Civitate Aquilee Dio:
cesis, in Stuba Comunis dicta Civitatis
ubi Consilium Congregatum

Praesentibus Nobbilibus, et Prudentibus Viris
Nicolao de Portis — Adamo de Frumentinis
Andrea de Brandis — Symon Jo: Antony
Guielmo Lirpoldus — Virgilio de Virglys
Jacobo de Costantiis — Missio Antonij, et
Franzischi de Portis —
His omnibus Civibus et habitantibus Civitatis
Austrie praed. Testis ad infrascripta Vocatis,
et rogatis, et alys in multitudinem magnam.

Ad Laudem Omnipotentis Dei, et Beate Marie Virg. eius Matris, Glo:
riose, et Beati Marci Evangeliste — Mag.cus et Strenuus et
Generosus Vir Dnus. Thadeus Marchio Estensis gentium
Armigerorum et Pedestrium pro Ser.mo et Ex.mo Duc. Dom.o
Venet. in Pria Fori Julij Militantium Caput, et Gubernator.
vigore auctoritatis et ..., ut appeirt in hac parte a praefato
Dominio Auctoritate sibi agens videbar, et vice Ducalis Excelsi
et Inclyti Ducalis Dominy Venetiay, — et Nobb.es et Egregij Viri
Dnus Nicolaus dicto Lo Berzeba, et Pasqualinus de Attimis pro
se, et eorum fratres, et Consortes Castri Superioris, et Inferioris
Petrus de Zucco pro se et Consortes suos, et Henricus de Partistagno
pro se et fratres, et Consortes suos pro quibus omnibus tam fratribus

quam Consortibus dicti Nobiles promiserunt de rato agentes suo nomine, et vice dictorum suorum Consortium et fratrum ad infrascriptam pacem Deo previo dumtaxat duraturam, cum modis, formis, pactis, et conditionibus infrascriptis unanimiter, et concorditer intervenerunt.

Primo quidam dictæ partes dictis Dominicis sibi ad invicem remiserunt et renuntiaverunt hinc inde omnes iniurias, rancores, et offensiones quomocumque illatas, et perpetratas hinc inde per supradictas partes, seu per ipsarum partium subditi, seu per unam ipsarum partium contra alteram seu per aliam nobiliam reliquis, subditis et singulares personas: Ita quod liceat et licitum sit, Civibus, et Habitantibus, et Subditis dictarum Terrarum et Locorum ambarum partium tam per terram, quam acquam ire, ad Terras et Loca utriusque partis stare, conversari, mercari, et negotia sua exercere et ad libitum recedere cum bonis necessarijs, et rebus suis tuto liberi, et securi, ac sine molestia aliqua, vel novitate prout ante tempus præsentis guerræ facere consueverunt.

Item promiserunt, et promittunt ac conveniunt dicti Nobiles per se et nomine quibus supra, Præfato Dom. Duc. Venet. et mihi Notario infrascripto tamquam Pub.cæ personæ stipulanti et recipienti, quod ipsi et Consortes sui esse debeant Inimici Regis Romanorum et Ungariæ et esse contra quamcumque Potentiam descendentem de partibus superioribus pro damnificando Illmo. Ducali Dominio Exponendo Dominio Vires suas in Terris, Castris, et Locis, ac Dominijs, Civis, et quod Gentibus armigeris Equestribus, et Pedestribus et quibuscumque alijs gentibus ipsius Dom. Illmo Venet. omnium favorum, auxilium, et victualia possibilia ex prætio iusto vel competente debeant eisdemque gentibus dare passum tranctum

et

et receptum in Locis, et per Loca sua

Item promiserunt ipse et nominibus quibus supra in praesenti guerra gerebus supra inipositi dicti Illmo Domij Venet: dare Victualia eis possibilia pretio conuenienti, et omnem auxilium, consilium, et fauorem introitum et exitum in Locis, et p Loca sua contra Patriarcham, et Comunitatem Utini, et contra omnes alios Compartioti dictae Patriae qui sunt, et erunt inimici Illmi Dom Duc. Venet, et contra ipsos esse inimicos.

Item promiserunt et nominibus quibus supra quod dabunt, et restituentur Egregijs et Spec. Viro Dno Tristano de Sauorgnano Militi et Fran.co eius fratri, et alijs existentibus de Utino, vel alijs locis Patriae F.I. qui sunt cum d.o Dno Tristano et fr. Amici dicti Illmi Duc. Dom. Ven. omnia Fortilitia et bona sua quae sunt sub suo Dominio, ita quod dictis Fortilitijs et bonis suis, et eorum redditibus gaudere possint sine aliqua contradictione. Et praefactus Dnus Thadeus Marchio Nomine et vice supra Duc. Domij et Comunitatis Venet. promisit, et conuenerunt dictis Nobilibus, et mihi Not.o infrasc.o tamquam publ.ae personae stipulanti et recipienti nomine, et vice dictorum Nobilium et Consortium suorum - Quod si dicti Nobiles opprimentur, aut offenderentur tam Dnis Regis Romanorum, et Ungariae, et alia Potentia descendente de partibus superioribus quam a Dno Patriarcha et Comunitati Utini, et ab alijs inimicis Illmi Ducalij Domij Venet., partes praedictae dictum Illmum Ducalij Domi Venet. tueri, et defendere eos contra praedictos sicut fuissent alia Loca sua.

Item promisit nomine quo supra, quod si dictum Illmo Domin. Duc. Venet. veniet ad aliquam pacem, seu treguas cum praefato Dno

Rege, aut cum Dño Patriarcha Aquileiæ et Comunitatis Utini dictos Nobiles poni faciet in pace, aut treguis prædictis quam quidem pacem et omnia, et singula suprascripta et suprascriptis Capitulis contenta dictæ partes, dictis nominibus ad invicem, et vicissim, vid.t una pars alteri, et altera uni solemnibus stipulationibus hinc hinde intervenientibus promiserunt, et promittunt, et conveniunt sub dictis modis et conditionibus singula singulis referendo rata, grata, et firma habere, tenere, et in aliquo non contrafacere, vel venire, quâ vis ratione, occasione, vel causa quæ dici, vel excogitari possit de iure, vel de facto per se, vel alios dicere, vel movere, tacitè, vel expressè, nec aliquo quæsito colore sub pœna decem millia Ducatorum comuni auri, et iusti ponderis solemni stipulatione præmissa cum restitutione omnium damnorum et expensarum, quæ propterea fierent Litis, et expensas. In qua pœna incidat illa pars, et illa partium quolibet quæ contraveniet in prædictis et aliqua prædicta - Quæ pœna à parte contrafaciente possit, et valeat per partem observantem toties quoties fuerit contrafactum vel non observatum ut supra, et pœna soluta vel non nihilominus omnia singula supra dicta prodiceant, et pro quibus omnibus et singulis unctis observandis et adimplendis dictæ partes, dictis modis, nominibus, per se, et suis Consortibus recipientibus obligaverunt omnia bona Comunitatis Venetiarum mobilia, et immobilia, præsentia, et futura - Et Vice versa dicti Nobiles nominibus quibus supra ad maiorem prædictorum firmitatem sponte, et vel certa scientia iuraverunt ad Sacra Dei Evangelia corporaliter tactis scripturis

in

in animas suas, et eorum Consortium supradescripta omnia, et singula, et quomodolibet praedictorum attendere, et observare et adimplere. Propterea bona fide absque et pura cautatione et obnuditate mala interpretationi, dolo, et omni fraude et ad maiorem firmitatem Sigilla sua hic nostra imprimerunt Mandaverunt et voluerunt dictae partes, ac rogaverunt de praedictis omnibus et singulis per me Antonium de Bononia Notarium infrascriptum confici debere unum ac plura Instrumenta eiusdem tenoris—

Ego Antonius Muglius ol. q. Mathei de Bononia habitans in Civitate Austriae Pub. Imp. Auctor. Notarius omnibus, et singulis interfui, et rogatus scripsi et roboravi &c.

Copia tratta da un Processo esistente appo i Nobb. sri. Virgily di Udine Coperto di Carbone @ 94

1420. 26 Maggio

Lega de s.ri d'Attimis, Lucco, e Ca-
tistagno con la Rep.ca Ser.ma di Ve

Contro

Il Re de Romani, Re d'Ongher.
Patriarca d'Aquilea, e Comunità
d'Udine.

[illegible]

[illegible] praesentes [illegible]

[illegible] omnium [illegible]

[illegible]

Mediolani [illegible] et [illegible]

[illegible] gestionis [illegible]

[illegible] mei [illegible]

[illegible] dicti nobilis [illegible] suo nomine [illegible]

[illegible] et [illegible] suprascriptam [illegible]

[illegible] Cum modis formis [illegible] et conditionibus [illegible]

infra [illegible]

[illegible]

[illegible] omni [illegible]

[illegible]

[illegible] Domino [illegible]

Regis Romanorum, et Vngarie

quamuis voluntatem

Dominijs

Venetiarum

omni

et omni auxilium

Romano

omnia

Regis Romanorum

et alia

et Comunitati

Venetiarum

... Equalis(?) ... et communitas ...
... omnia et singula ... et ... Castella ...
... partes dictis nomine ... et Vicecom ...
... communitatis ... sub dictis mo...
Ut ... singula ... et forma
... Contrahere ...
... Gregorium ...
... nomine ... dictis ...
... aliquo quesito colore ... dictis ...
... et ... omnium ...
... restitutionem ... omnium ... damnorum ...
... expensas ... incidat ...
... in quolibet ...
... partim ...
... observare ...
Vel ... singula supra dicta producere et ... omnia
et singula ... observanda ... dicta
modis ... et sunt ...
omnia ... similiter ...
et futura ... dictis nominibus quibus ...
ad ... firmitatem ...
Iuraverunt ad sacra ... corporaliter tactis scripturis
in animam ...
et quod ... in dictorum ... observare et ...
... et puram cavillationem et absurditate ...
... dolo ... omni fraude ... et ...
... nostra imprimi ... Mandamus ... dicti ...
... dicti omnibus ... Antonini
Bononia ... infrascriptum ...
...

Ego ... olim ... Bononia habitans ...
... auctoritate ... omnibus ...
... et ...

[illegible]

[illegible]

1420
3 Giugno
in campo presso Udine. — Dedizione di Fagagna ai Veneziani.

In Nomine Dñi: Anno ab incarnatione eiusdem 1420: Inditione Tertia: Cum Magnifici, et potente Dñi, Dño Philippus de Arcellis Comes Valistidonij (Valistidonis)
Gubernator exercitus Serenissimi Ducalis Dominij Venetiarum, et Dñus Marcus Bragadeno in eodem exercitu Provisor extra Utinum de Provincia Fori Iulij cum dicto exercitu castrimetati essent invitantes benigni: tatem dicti Serenissimi Ducalis Dominij, quod ad id humiliter recurren: tibus gratie sue gremium nunquam denegat aperire Universitatem, et omnes Castri Fagane de dicta Provincia, Villarumque, et pertinentijs ipsius ad gratiam dicti Serenissimi Ducalis Dominij Venetiarum recepe: runt, Pactis, et Provisionibus infrascriptis. Ut.

Prudentes Viri ser Zanisius q. ser Hermacoris, ser Vorlicus q. ser Mainardi, ser Paulus q. ser Victoris, et ser Laurentius q. ser Thomasij, omnes de Faganea Sindici, et Pro: curatores Universitatis et hominum dicti Castri Fagane, et Villarum ipsius, ut patet publico Instrumento manu ser Nicolai q. ser Philippi de Faganea Procuratorio nomine Universitatis, et hominum prefactorum dederunt, et tradiderunt Universitatem, et homines Castri Fagane prelibatorum cum Villis, et pertinentijs suis omnibus dictis magnificis Dño Gubernatori, et Dño Provisori, recipienti vice et nomine dicti Sere: nissimi Dominij, et pro eo promittentes, Procuratorio nomine quo supra quod deinceps predicta Universitas et homines erunt veri, et omni tempore subditi, et obbedientes dicto Serenissimo Ducali Dominio, et habebunt Amicos dicti Dominij pro eorum Amicis, et inimicos pro inimicis: Dabuntque stantias, receptum, et Victualia armorum Gentibus, et hominibus Serenissimi Ducalis Dominij prelibati, et omnia alia, et sin: gula, realia, et personalia dicto Serenissimo Ducali Dominio facient, ut alij Fideles, et subditi eumdem Serenissimum Ducalem Dominium tenentur facere, ac faciunt, et plus et minus ad voluntatem, et dispo: sitionem Serenissimi Ducalis Dominij prelibati, ad maiorem fidem, et robur premissorum, prefacti Procuratores, et Sindici Procuratorio nomine quo supra, in manibus prefactorum Dñi Gubernatoris, et Dñi Provisori recipientis Vice, et nomine ipsius Serenissimi Ducalis Dñij

prelibati

prestabant fidelitatem et obbedientiam huiusmodi in forma plenissimum iuramentum, in pena, et ad penam omnium bonorum mobilium, et stabilium presentium, et futurorum Universitatis et hominum dictorum Tajaneç et Villarum prefactarum.

Et ex alia parte prefati Magnifici Dñu Gubernator, et Dñu Provisor eiusque nomine Serenissimi Ducalis Dñij prelibati, et authoritate et comissione ab eodem eis in hac parte concessa, prefatos Universitatem, et homines Castri Tajaneç, cum Villis et pertinentijs suis ad gratiam, et in subditos, et obbedientes ipsius Serenissimi Ducalis Dñij admiserunt, aliorumque subditorum, et obbedientium ipsius numero, et consortio agregarunt, salvis habere, et personis solumodo, promittentes dictis Procuratoribus recipientibus quo supra nomine, quod dictum Serenissimum Ducale Dñium velut alios fideles, et subditos eiusdem cura, et tutella Universitatem, et homines dicti Castri Tajaneç et Villarum suscipient recomissos.

In quorum fidem et Testimonium predicte Partes hec capitula et scripturas fieri fecerunt manu mei Damiani Cancellarij infrascriptorum, solitorum sigillorum impressione muniri; in Campo contra Umum die tertio Iunij 1420 Inditione XIII.ª supradicta.

Et ego Damianus Marcutus de Mutis Cancellarius Mag.ci D. Gubernatoris predicti de ambarum partium voluntate, et mandato hec capitula scripsi, mea propria manu subscripsi.

Premissis omnibus aliena sibi tamen fida manu educ: existentibus penes Nob. Dnum Alphonsum ex Nobilibus Tajaneç Ego Io: Bap.ta Michiletius Castuae Auctoritate Veneta Notarius mihi comessa, rogatus me subscripsi, eo quia de verbo ad verbum concordari cum originali et signum nomenque meum apposui in fidem premissorum. L. D. o. m.

Premissam Deditionem, sive Pactum ex consimili originali authentico existente penes Nob. Dnum Silium Cesarem Aquinium rogatibus me de ante aliena manu extracti manibus Zorcinus, Notarius P. A. Terre Tajaneç sequi in fidem subscripsit. L. D. o. m.

Tajaneç die p.ma Novembris 1693

ex consimili authentico existente penes N. D. Co. Jacobi Aquinini aliena fida manu descriptum in forma amplissima in fidem ego Nicolaus Dimnalinus Zierkinus V. A. et Coleg. Vkini dictus
Vkini die 6 9bris 1728. Hos

Hos dedimus Cornelio [illegible] Rev. D. J. Vincentiano

Comm. Patr. Dni Valis-Serenolis

Fidem facimus et attestamur ultra scriptum [illegible]:

D. Bernardinum Severinum et a [illegible]

qualem se facit ...

Ubi die ... 1724.

Valcomius ...

1420. 5 Giugno. Udine. Il [illegible] inedite [illegible] [illegible]
[illegible] dall' [illegible] [illegible].

tergo/ Honorabilibus ac prudentibus dominis Gastaldioni, Consilio et Comunitati Terre Sancti Danielis amicis nostris singularissimis

Honorabiles prudentesque amici nostri seu fratres carissimi post salutem optatam.

Dubitantes ne forte exercitus Venetorum in elevatione sua ab hinc ad vestra damna se transferat, disposuimus vestros ad vos remittere et prespecialiter remittimus amiciciis vestris immense regratiantes de bono servicio vestro et offerentes nos ad consimilia in opportunitatibus vestris vice reciproca promptos atque paratos. Insuper de aliis occurrentibus mente nostra ijdem vestri seu eorum Conestabilis bene sunt informati, a quibus poteritis vos informare. [illegible] Utini die quinta Junii: ind. XIII

Verum quia ipsi vestri nobis grate et fideliter servieverunt ipsos vobis tanquam fideles et probos viros immense laudamus et precipue commendamus sique ipsos dignemini suscipere recommissos. (1)

Decem Deputati ad regimen, Consilium et Comune Terre Utini [illegible].

Orig. cart. Arch. Com. di S. Daniele. Vol. LXXXIV

(1) Senza data. L'indizione XIII è dell'anno 1420

1420, 5 giugno Copia Ducale che accetta l'obbedienza prestata alla Signoria dei Signori di Spilimbergo.

Dei Consorti Signori di Spilimbergo e Ville di Cosa e Poggio

Per i Protocolli del notajo di Udine Giovanni a Vado, Arch. Not. Udine

Thomas Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum etc. Universis et singulis ad quos presens privilegium advenerit salutem et sincere dilectionis affectum. Harum serie declaramus quod cum Spectabiles et Generosi viri D. Odoricus Miles filius q. D. Pregonee et Ser Nicolaus filius q. D. Johannis Consortes de Spilimbergo habentes ad infrascripta plenariam libertatem per publicum procurationis et sindicatus instrumentum per nos visum, ad nostram presentiam comparuerunt suo proprio atque consortum nomine in eodem procurationis instrumento expressatorum humiliter et devote nostri Dominii gratiam implorassent atque veniam. Nos volentes versus eosdem et suos Consortes in dicto instrumento nominatos uti nostra benignitate ipsos ad nostram gratiam acceptamus et in numero nostrorum fidelium aggregavimus volentes et intendentes ipsos prosequi nostris favoribus et patrociniis gratiosis eis conditionibus atque modis, quod sicut Magnificus Gubernator nostri Exercitus eosdem ad nostram gratiam acceptaverat sint sub obedientia et fidelitate nostri dominii, remanentibus eisdem in possessione et dominio Spilimbergi predicti

Tergeste Solumbergi sicut fuerunt temporibus retroactis et habeant omnes suos solitos fructus, redditus et proventus et eis gaudeant et utantur pro eorum libito voluntatis, facientibus ipsis erga nostrum Dominium eandem recognitionem eiusdem loci et aliis sicut facere tenebantur et observare Patriarche sive Patriarchatui Aquilegensis Ecclesie in omnibus et per omnia. Et sic prelibati duo procuratores nomine suo et aliorum suorum Consortium predictorum vigore prelibatae libertatis eisdem tradite pro se et dictis suis Consortibus promiserunt se facere et inviolabiliter observare, prestantes in nostris manibus nominibus antedictis observare fidelitatis et obedientie debitum iuramentum. Egregiis autem viris Henrico, Fabo fratribus filiis q. D. Thome de Spilimbergo et Bertaldo filio q. D. Wenceslai Militis et Ser Johanni filio q. D. Bertoldi similiter consortibus de Spilimbergo qui sunt absentibus domibus, terminum veniendi vel mittendi ad presentiam nostram ad faciendum debitam obedientiam et iuramentum fidelitatis ut supra usque sex menses proximum. In quorum fidem et evidentiam

presens privilegium fieri fecimus et pendenti nostra bulla plumbi roboratione muniri:

Datum in nostro Ducali Palatio die quinto iunii, indictione XIII, millesimoquadringentesimo vigesimo — —

1420. 6 Giugno — Consiglio detto Convocazione del Comune di Udine, in cui si eleggono ambasciatori per la resa ai Veneziani, temendo il saccheggio.

57

MCCCCXX Indictione XIIJ Die Jovis, Sexto M. Junij

Actum Utini super Cancellariam Comunis in Convocatione ibidem congregata. In qua Convocatione fuerunt infrascripti nobiles, honorabiles ac prudentes cives et consiliarij infrascripti, videlicet S. Nicolinus della Turre, S. Joannes Gubertus de Gubertinis, S. Amanadeus speciarius, S. Joannes de Susannis, S. Nicolaus Notarius de Bredis, S. Jacobus de Montegnaco, S. Odoricus S. Hectoris —

In qua quidem Convocatione audita relatione ambaxiatorum nostrorum nuper venientium de Campo referentium quod Mag.cus Dnus Comes Philippus Capitaneus exercitus, ac Provisor dicti exercitus pro inclito Dominio Venetiarum, nullo modo volunt nos ac Terram et Communitatem nostram venire ad concordium aliquem nisi isto modo quod dirigamus Ambasiatores nostros Venetias, et quod liberaliter dent et offerant Nos et Terram Utini Gracie Dominij; et de hoc ut sint securi volunt habere obsides a nobis. Qui Ambasiatores fuerunt Nobiles et honorabiles Cives, S. Nicolinus della Turre, S. Joannes Gubertus, S. Jacobus de Montegnaco, S. Nicolaus, Notarius de Bredis.

Deliberatum, consultum et definitum fuit, quod consideratis periculis et magna extremitate in quibus Terra nostra ad presens existit propter magnam potentiam exercitus et impotentiam nostram, per omnem modum et viam provideant de mittendo Ambassiatores ad Dominium Venetiarum et ad Dnum Comitem Philippum [illegible] etiam

Capitaneum ad tractandum et concludendum omnem Concordiam possibile tali modo quod Terra nostra et nos cum ea non pereamus et non ponamur ad saccamentum, sicut de hoc maxime dubitatur, attenta impotentia nostra insufficienti obstare contra potentiam Domini et Gentium suarum.

Ex Ann. Civ. Utini ad annum.

1420. 9. Giugno

In Christi nomine amen. Anno a Nativitate eiusdem Millesim-
mo quadrigentesimo vigesimo Inditione tertiadecima, die Io-
vis nono mensis Junii Aquilegie sub portico domus habitatio-
nis ser Antonii quondam ser Nicolai de Vandoii presentibus pro-
vidis viris ser Christoforo de Magreiis viceputastate Aquilegie, ser
Jacobo de Ravagnana, Dominico Adalmussii de ultra aquam, Jacomello
quondam Alberti de Venetiis, Francisco Tassarute, et Jacobo de la Berio
seu civibus habitantibus in Aquilegia testibus ad infrascripta voca-
tis et rogatis et aliis pluribus et pluribus. Cum providus et discre
tus vir ser Simon condam ser Johannis Antonii honorabilis civis
Civitatis Austrie hodie pluries requisivisset Reverendum Dominum
Levanum, Dominum Dominicum de Valle, et Dominum Johannem de
Zuchis Canonicos Aquilegienses pro parte communitatis Civitatis
predicte tamquam nuncius et ambaxiator eiusdem prout appa-
ret litteris credentie datum Civitatis Austrie eius sigillo sigil-
lata in presenti M°CCCCXX° Inditione XIII. die octavo
Junii quatenus librum Beati Marci evangeliste reducere de-
berent vel mittere ad statim Civitatis Austrie, et ipsi domini
Canonici hoc facere de presenti recusarent, dicentes ei, et
provido et circumspecto ser Petro ~~[illegible]~~ mazeta similiter ad pre-
dicta instanti una cum dicto ser Simone, accipiatis unum vel
duos ex vobis quos vultis in obsides donec convocentur omnes
Canonici Aquilegienses qui comode haberi poterunt quod cito
fieri potest cum quibus nos super predicta comunicare
possumus, et consilium nostrum facere super predictis petitis,
et illud quod per consilium nostrum capietur et firmabi-
tur illa facere erimus contenti, et cum ser Simon predictus
hoc facere recusaret, dicens eis hec non habeo a mea Comu-
nitate in mandatis videlicet accipere obsides sed vos pote-
stis sicure facere portare librum predictum Civitate et
ipsum in Sacrestia reponere apud unum vel plures Do-

minis

minis Canonicis quibus potueritis sacramentum dare ne
librum ipsum dent alicui nisi secundum consilium et delibera
tionem factas per vos et confratres vestros vel in Civitate
vel in Aquilegia ubi vobis placuerit ad vestram voluntatem,
et nisi hoc ad presens et subito faciatis dico vobis quod seri
batur Campo serenissimi Ducalis Dominii videlicet domi
no Comiti Philippo qui cum toto campo hinc Aquilegiam
accedet pro dicto libro et hec omnia confirmante dicto
ser Petro mateta, ~~candem~~ tandem non valentes dicti tres domini
Canonici aliter facere condescenderunt oppinioni eorum
videlicet de portando dictum librum Civitate Austrie
et de reponendo eum in sacrestias ut supra dictum est,
promittente dicto ser Simone suprascripto facere et fieri
facere et servare videlicet quod liber predictus de dicta
sacrastiae non movebitur donec convocati fuerint omnes
canonici Aquilegienses qui comode et cito ad presens
haberi possunt in unum locum, videlicet vel in Aquile
gia vel in Civitate ad beneplacitum dictorum Domino
rum Canonicorum ubi Capitulum suum facere poterunt,
et facient deliberationem de modo tenendo de dicto libro
et secundum eorum deliberationem ita fiet et non aliter,
et sic ipse ser Simon digito fide data in manu Domini
Severi pro se et confratribus suis recipientis, promisit
tanquam personam specialis suo proprio nomine et
tanquam nuncius nomine sue Communitatis predicte
predicta omnia et singula a se promissa facere observare
et effectualiter adimplere. insuper prudens et circum
spectus vir Dominus Petrus mateta tanquam collatera
lis in Civitate Austrie et in Campo Ducalis Serenissimi
Dominii promisit similiter predicta omnia et singula
observare et adimplere effectualiter, de quibus omnibus

et

et singulis suprascriptis prefati domini tres Canonici
rogaverunt me petrumbonum notarium infrascriptum ut
sibi publicum conficerem instrumentum.

Et Ego Petrusbonus filius condam ser Marci de Portogru
aro qui ad presens habito Aquilegie publicus apostoli-
caet Imperiali auctoritate notarius predictis omnibus
et singullis dum sic tractarentur et fierent presens
fui et rogatus scripsi.

Dall'originale Pergamena nel nostro Archivio

Cas.° di Porsello 21. maggio 1817.

C. Frangipane

57

1420, 21 Giugno [illegible] [illegible] Marchese d'Este.

Giov. Rampolino not. di Gemona. - Arch. not. Udine.

Anno Domini 1420 [illegible] XIII, [illegible]

[illegible]

[illegible]

ce in Venzono venire debeant in nostrum

[illegible] rerum et [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
velut, [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] et futuros [illegible]
[illegible]
[illegible] et hunc [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] vel [illegible]
[illegible]

1420, 15 giugno Pordenone. — Il Podestà di Pordenone [illegible] [illegible] [illegible] Ser Gio. Francesco Gizzola dell'eredità paterna.

Girolamo fliog. Zannfliog. Zaccaria not. Arch. Not. Udine.

A. D. 1420, ind. XIII, die XV mensis iulij, actum in Portunaone sub logia Comunis, presentibus M.o Francesco [illegible], Ser Daniel [illegible] fontana, Guido precone Comunis Terre Portusnaonis, coram honorabili viro Ser Georgio de Verlis honorabili Potestate Portusnaonis ad iudicium sedente cum suis Juratis M.o Bartholomeo Jacomelli, [illegible] Benvenuto Ser Gotardi, comparuit [illegible] [illegible] Antonius q. nobilis Ser Johannis Francisci [illegible] de Gizula nunc habitans in Portunaone tanquam heres legiptimus patris sui ut constat in [illegible] condito testamento, petente D. Potestat, ut peteret a suis Juratis per sententiam diffinire si poterat intromittere in possessionem rete hereditatis tanquam heres legiptimus et [illegible] pro parte eidem tangente. Quimmos Potestatis [illegible] petitionem ipsius Antonii petiit per sententiam quid iuris. Qui Jurati sententiarunt, dictum Antonium tanquam heredem legiptimum se posse intromittere in dicta hereditate pro parte eidem tangente, salvo iure omnium personarum. Qui Antonius vigore sententie, flexis genibus coram D. Potestate petiit investire de dicta hereditate, qui D. Potestas investivit dictum Antonium per fimbriam clamidis de dicta hereditate et interposuit suam auctoritatem pariter et decretum etc.

ce in Venzono venire debeant in nostrum.

73. 1420. Pri

la

~~Privilegium Comunitatis Venzoni~~

Thomas Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam presentibus quam futuris presens privilegium inspecturis facimus manifestum quod comparentes ad presentiam nostram circumspecte viri ser Gaspar de Prioribus et ser Jacobus de Stella, ambassiatores communitatis nostre Venzoni humiliter et devote supplicaverunt ut dignaremur dictam communitatem acceptare sub gubernatione et protectione nostri dominii et dicte communitati observare et confirmare statuta et consuetudines suas, et quod se regant et gubernent sub nostro dominio, prout et sicut facebant per elapsum, sicut dicte communitati per nostros provisores promissum fuit. Nos vero volentes erga dictam communitatem benignitatem et gratiam nostram ostendere eamdem acceptavimus et acceptamus sub protectione et gubernatione nostra confirmantes communitati predicte statuta jura et consuetudines suas et volentes quod se regant et gubernent sub nostro dominio cum modis et conditionibus cum quibus fecerunt per elapsum. Volumus tamen quod omnia et omnia que spectabant domino patriarche in Venzono venire debeant in nostrum

dominium cum modis et condictionibus omnibus cum quibus illam et illa habebat dominus Patriarcha. In quorum autem omnium suprascriptorum presens nostrum privilegium fieri jussimus et bulla nostra plumbea pendenti muniri. Datum in nostro ducali palatio die XV mensis julii indictione XIII M°CCCC°XX°.

(in carte 27 tergo
del Commemoriale XI.
[illegible])

1420 18 Luglio Venezia. Condizioni della dedizione di Marano alla repubblica di Venezia.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo vigesimo, indictione tertia decima, die XVIII Julii. Destinatis ad presentiam illustris et excelsi domini Thome Mocenici Dei gratia Inclyti Venetiarum Ducis etc. prudentibus et providis viris Ambaxatoribus circumspectorum et sapientum Regiminis, Consilii et Comunitatis Terre et districtus Marani cum eorum litteris credulitatis sua bulla cerea communitis, cum libertate plenaria a predictis ad submittendum dictum Regimen, Consilium, Comunitatem, Terram, districtum ac subditos Marani predictos illustri et excelso domino Duci eiusque Excelso Ducali Dominio, supplicando humiliter acceptari quedam eorum Capitula humiliter et devote porrecta: Illustris et Excelsus dominus Thomas Dei gratia Dux Venetiarum etc. una cum suis Consiliis Rogatorum et Additionis ad infrascripta plenariam libertatem habentibus, audita et intellecta humili et devota ambaxiata per dictos Ambaxiatores reverenter exposita, volens votis et petitionibus sibi porrectis annuere gratiose, dictum Regimen, Consilium, Comunitatem, Terram, districtum ac subditos Marani sub sua ducali gubernatione recepit et acceptavit ac recipit et acceptat. Habitaque deliberatione ad Capitula porrecta de petitionibus suis, respondit prout ad unumquodque dictorum Capitulorum infra describitur ordinate.

Et primo, ad Capitulum per quod supplicant, in effectu quod dignetur Inclytum et Excelsum Ducale Dominium Venetiarum etc. sibi dare Potestatem et Rectorem sicut dederunt continue domini Patriarche Aquilegienses, habendo eius censum et datitum consuetum. Responsionem prebuit, quod volens propriis favoribus dictam Comunitatem prosequi gratiose, quam prout est sibi notorium singulari benevolentia etiam omnibus temporibus semper benigne vidit et tractavit, est contentus ut possit sub ducali gubernatione tempore acceptabili eorum fidelitate data et facta suo Inclyto ducali domi…

in dicto regimine habere Rectores bene sufficientes; quod dicta Comunitas habeat et exigat omnes introitus solitos spectare Patriarche et Potestati ac Comunitati predicte de datiis, affictibus, decimis, honorificentiis, condempnationibus, exactionibus et generaliter de rebus aliis omnibus quomodocumque, et quod sint dicte Comunitatis, addendo ad supplicationem Comunitatis predicte et submittendo Gastaldiam Carisaci potestarie Marani, pro bono et augmento dicte Comunitatis, cuius sit eique debeat applicari quiquid habebitur et percipietur ex submissione Gastaldie predicte. Que quidem Comunitas teneatur et debeat dare de salario Rectori illuc mittendo per dictum Inclytum et Excelsum Dominum Ducem libras mille ducentas monete que expenditur et expendetur Marani in anno et ratione anni, dando singulis tribus mensibus in principio quartum, et facere omnes expensas necessarias et quomodolibet ocurrentes, pro censu et honorificentia dicti Excelsi Ducalis Dominii; debeat ipsa Comunitas facere presentari singulo anno tempore solemnitatis beati Marci evangeliste de mense Aprilis spectabilibus et nobilibus viris Procuratoribus Eclesie sancti Marci doplerios decem ponderis librarum decem pro quolibet.

Ad secundum autem Capitulum continens quod ipsi homines et Comunitas de Marano dimittantur et serventur in eorum antiquis iuribus et consuetudinibus; responsum est quod fiat prout in dicto Capitulo continetur.

Ad tertium vero, cuius effectus est quod dicti homines et Comunitas Marani teneantur (teneatur) et facere debeant Potestati omne eorum debitum, prout hactenus fecerunt Potestatibus preteritis, est responsum quod fiat prout in Capitulo continetur.

Ad Capitulum autem per quod petunt quod consideratis guerris et necessitatibus victualie in Patria Forijulii, possint homines de Marano pro usu Marani conducere Maranum victualia, responsionem facit et concedit quod possint illi de Marano extrahere de locis [illegible] de Venetiis et conducere Maranum victualia pro usu suo, solvendo datia solita prout faciunt alii fideles et subditi nostri.

Ad Capitulum ultimum continens in effectu in hijs verbis ..... de quibus omnibus et singulis infrascriptis, stetur correctioni et dispositioni vestre Inclyte Ducalis Dominationis. Respondit quod fiat et concedatur ut petitur et in dicto Capitulo continetur.

Dicti autem Ambaxatores nominibus quibus supra, in mans et cuiuslibet ipsorum animas iuraverunt ad sancta Dei evangelia in manibus prefati Illustris Domini Ducis et Communis Venetiarum, tactis scripturis, quod erunt fideles et devoti subditi Illustris Domini Ducis et Communis Venetiarum et bonam et veram obedientiam sibi servabunt et quod non erunt in dicto vel in facto cum aliquo vel aliquibus, qui velit dicere, facere vel tractare aliquid in diminutionem honoris vel status dicti Excelsi Domini Ducis et Communis Venetiarum; immo si fuerit, sentiet vel sciverit quemcumque dicentem, facientem vel tractantem hoc, illi obviabunt pro posse et quamprimum poterunt dicto Domino Duci et Communi Venetiarum per se vel interpositam personam omnia intimabunt. Iura et honores prefati Illustris Domini Ducis et Communis Venetiarum conservabunt et defendent, omniaque alia et singula facient et adimplebunt, que veri fideles et subditi pro dicto Illustri Domino Duce et Communi Venetiarum facere et adimplere tenentur.

Actum Venetijs in ducali palatio, presentibus sapientibus et circumspectis viris d. Francisco Pulmatio honorando cancellario Venetiarum, ~~Ser Francisco~~ circumspectis v. Bengono, Matheo Bartholomeo notariis ducatus Venetiarum testibus vocatis specialiter et rogatis. In quorum firmitatem et evidentiam pleniorem prefatus Illustris Dominus Dux presens Instrumentum mandavit sub ducali bulla plumbea pendente muniri.

Ego Petrus Nigro filiusq. ser Simonis publicus imperiali auctoritate Notarius et ducatus Venetiarum Scriba predictis omnibus interfui illaque scripsi et publicavi, signumque meum apposui consuetum.

Da copia tratta dal ... [illegible]
[illegible] Vol. I N 41 [illegible]

Bartolomeo Vidoni Dall'Archivio di Fagagna And. not. Udine.

Anno 1420, ind. 13, die 25 augusti. Actum in villa Faganee in domo habitationis infrascripti presentibus Colao Bagle, Nicolao q. Leonardi Tioni Tonio Balloni et aliis pluribus ad hec vocatis et rogatis.

Quum usuraria pravitas utriusque testamenti sacre pagina detestatur, ideo et ipsam exercentes gloriantes excommunicati reputantur et ecclesiastica sepoltura privantur. Ideoque ser Gulielmus q. ser Maynard de Faganea qui est de et tunc sacramentis ecclesiasticis quibus privatus erat ipsa usuraria pravitate quam exercuisse ipsum penitet etiam penituit timens divinum iudicium et volens cum penitencia se committere suo creatori ac etiam esse particeps divinorum officiorum ecclesiasticorum sacramentorum humiliter et devote manibus cancelatis supplicandum et veniam postulavit ac etiam ipsa sacramenta ecclesiastica cum devotione se velle recipere et ad hoc ut sine preiuditio anime sue ac cuiuscumque persone dampno per suum sacramentum tactis scripturis iuravit ad interroga tionem factam eidem per me notarium infrascriptum veraciter respondere ac omnimode observare iuxta formam secundum constitutiones Patriarchales et Synodales Forijulii et in presentia suprascriptorum testium propter absentiam et periculum mineas hoc usque factum.

Primo sibi prestito iuramento de omnibus suprascriptis de veritate dicenda, de parendo mandatis, quod respondit ut infra continetur.

Primo utrum fuerit usurarius et quanto tempore exercuit usuras

exercuit et ubi ipsas exegit et ad quantam mutuavit et si ipse pet. ... et quantum credit de ipsis usuris extorsisse.

Respondit quod non erat bene memor sed credebat se exercuisse per decem annos et quod nunquam exercuerit pro aliquo et non credebat se habuisse de usuris ultra centum libras.

Item interrogatus quanto tempore et ad quantam rationem de usuris exercebat.

Respondit quod non bene recordabat sed recipiebat pro more sextarium unum frumenti in anno vel unum denarium in septimana.

Item si habebat libros rationum et quaternos alia instrumenta et scripta per quas posset fieri extorsio de usuris.

Respondit quod non faciebat tam magnas usuras nec erat tam magnus usurarius quod ipsum oporteret habere libros et quaternos sed aliquas scripturas et cum faciebat rationem lacerabat scripturas dummodo videtur se habere quod habere debebat.

videbat ... [illegible]

Item interrogatus si consuevit facere fieri instrumentum in fraudem usurarum faciendo sibi fieri instrumentum venditionum de rebus sibi pignoratis.

Respondit quod non.

Item promisit sub pena ... iuramenti et alia pena pecuniaria taxanda per vicarium quod usuras de cetero non exigat nec repetet super exactis autem parebit sententie, declarationi, interpretationi et mandatis Dyocesani vel eius Vicarii prout ius exigebit nec non restituere, restitui facere cuicumque petenti iuste ... suum fratrem qui se obligavit et fideiussor principalis renunciando appellationibus exceptionibus et cavilationibus quibuscumque per specialem pactum et obligando

pro predicta restitutione facienda titulo specialis ypotecha
omnia sua bona mobilia et imobilia presentia et futura.
Ibique presente Ser Oblig. Ser Maynardi de Fagnaca fratre predict.
Ser Gulielmi tamquam fideiussor per suum Ser ... promi-
sit pro ipso Ser Gulielmo eius fratre prout ius exigat ... pro
mandatis cum renunciacionibus et clausulis oportunis.

1420. 3 Ottobre. Udine. Riforma del numero dei Deputati al governo della Terra.

1420. de mandato [illegible] (Deputatorum) [illegible] petiti per dd. ~~septem~~ decem Deputatos qualiter omni officium [illegible] et [illegible] cum aliis [illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible] ad regimen terre [illegible] [illegible] Deputatorum [illegible] [illegible] erat, quo tempore septem Deputatorum ista terra Utini fuit bene sollicite et prudenter recta et gubernata [illegible] [illegible] in propria libertate et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod eligantur aliiquinque [illegible] pro quinterio qui in singulis gravibus occurrentibus requiri debeant per ipsos dd. ~~septem~~ septem Deputatos et etiam quovis et quandocumque ipsis placuerit.

Deliberatum fuit [illegible] ipsorum Deputatorum propositio erat iusta et rationabilis et quod fieri debebat electi solum septem Deputatorum et quinque aliorum civium videlicet unus pro quinterio ad felicem regimen terre Utini, ad honorem et statum illustrissimi Ducalis Dominii (Venetiarum) ~~et felicem~~ et felicem statum ipsius terre Utini electi fuerunt etc.

c. Ann. 22, 84

1420, 5 Decembre. Udine nel Consiglio del Comune, si delibera uno Statuto pei misuratori delle biade.

A. D. MCCCCXX. ind. XIII, die iovis quinto mensis Decembris. Actum Utini in cancellaria Comunis in pleno Consilio coram D. Thomasio de Placentinis Capitaneo Terre Utini ad sonum campane more solito congregato pro infrascriptis et aliis laudabiliter expediendis, in quo quidem Consilio interfuerunt etc.

Supra propositis per dominos Deputatos ad Regimen, exponentes quomodo Datiarii quartarum, prout ad eorum devenit noticiam, non exigunt datia secundum Statuta super his facta edita, nec tenent quartas iuxta morem antiquum et quod hoc redundat in maximum damnum et preiudicium Comunis boni ipsius Terre, quia mercatores et forenses venientes ad hanc Terram habent materiam non veniendi nec portandi blada quia accipiunt eis unum soldum pro stario et non tenent quartas sed pesonalia ad mensurandum, instantes propterea super his provideri taliter quod sit honoris Comunis boni huius Terre nostre Utini:

Consultum et deliberatum fuit per omnes Consiliarios nemine discrepante;

Primo quod Datiarius quartarum exigere debeat datium bladi secundum Statuta super hoc edita, videlicet parvulos quatuor pro singulo stario;

item quod debeat tenere quartas ad sufficientiam et non facere mensurari bladum alicui persone, nisi cum quarta, exceptis quibus volentibus emere minus medio stario, tunc possit facere mensurari cum pesonali et non aliter, accipiendo tunc eo casu duos parvulos pro pesonali;

item quod mercatoribus cragnulinis et aliis ducentibus bladum ad Terram nostram Utini ad vendendum volentibus mensurare cum pesonali, possit facere mensurari cum pesonali, sed non possit eis accipere de datio nisi in ratione quatuor parvulorum pro singulo stario;

item quod de pondere statere non possit accipere ultra unum sedicinum pro qualibet centenario iuxta Statuta et antiquas consuetudines;

item quod si aliquis Datiarius in aliquo predictorum casuum contra fecerit, puniatur secundum formam Ordinamenti totiens quotiens contra fecerit. etc.

~~item quod Datiarii presentes~~ pignorentur

Ann. Civ. Utini. Vol. XXII fol. 10 t.°

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE